

Universitätsbibliothek Wuppertal

Symbolarvm Libri XVII. Qvibvs P. Virgilio Maronis Bvcolica, Georgica, Aeneis ex probatissimis auctoribus declarantur, comparantur, illustrantur

**Vergilius Maro, Publius
Augustae Vindelicorum, MDIC**

Ecloga tertia. Palæmon.

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-322](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-322)

— *Supplicibus tuis*
Parcas, nec rigida mollior esculo,
Nec Mauris animum mitior anguibus.
Non hoc semper erit liminis, aut aqua
Celestis patiens latus.

Vrit hoc superbos, cum se vicissim contemni vident, & nihili fieri ab ijs quos ipsi spreuerunt. Est autem legendum *Alexim*, non, *Alexis*: quæ lectio in vetustis exemplaribus cernitur. Vt non dicat simpliciter, Inuenies alium quem ames: sed inuenies alium *Alexim*, si te hic fastidit, sicut *Theocritus*, inuenies aliam *Galateam*.

TOTIVS ECLOGÆ PARAPHRASIS, EX TURNEB. LIB.

30. capite 14.

Fingit Maro à Corydone *Alexim* perditè amari, id est, à se; cumq; inter syluolas fagos, densosq; cacumine umbrosas ventitare solitum, *Alexin* querentem, in nemoribus fortasse venantem. Eo in loco querelam amatoriam, non vt à Marone carmine conditam, & comprehensam: sed temerè oratione soluta iactatam, inani irritosq; studio consueuissè queri. Quid enim ei syluas voce ciere & lacessere proderat frustra laboranti? non curas, dicentem, illa, quæ de te tam multa feci carmina: nec te mouet, quod æstu diei feruentissimo te per montes syluasq; sequor, tum,

Acum laboriosissimi messorum intermittunt laborem, & moretum suum suamq; intritam comedunt. Nec quiescetes, sed dum lustro tua vestigia, & sequor, cicada, quæ diei summo calore incitata, canoram vocalemque querelam suam mecum geminant, arbuta omnia personant. Satius mihi multò fuit, vel *Amaryllin*, vel *Menalcam* amare, quam te, quamuis niger sit. Nec enim tantopere candidus color, quo tu inolefcis, expetendus est. Ligustra enim candida negliguntur: yacinia nigra inficiendo colori purpureo expetuntur. Multæ mihi oues, lactis, hyeme & æstate recentis ingens copia. Cano quæ consueuit optimus fidicen *Amphion*, cum pecus palceret. Formosus quoque sum, quod comperi, cum me nuper tranquillo mari spectarem: nec *Daphnidi* cedo, quamuis formosissimus habeatur. Tantùm, mi *Alexi*, ne rus fastidito, ne casus, & pastoriam vitam despice: cumque puer sis, ne hædorum sperne gregem, qui teneri tenetis conueniunt: illum mecum ad pascua compellas licet. Hic tu mecum fistula canes, mecum, qui secundum *Damcetam* facilè reliquis antecello pastoribus, nec mihi æquari comparariue potest *Amyntas*. *Nymphæ* rusticorum deæ venustissimæ, & amantes puerorum tibi flores violasq; luteas carpent, plenis afferent calathis, & corollas necent, quibus ego multa adijciam munera, vt poma, castaneas, pruna, laurum, myrtum. Sed non mouetur munere *Alexis*, & *Iolas* ditissimus possessor eius nullis eum à se muneribus abduci patitur. Quamquam quid hoc verbi ex ore meo excidit, qui meos amores alijs indico mihi prærepturis, aut turbaturis? & *Austrum* floribus immitto, qui suo eos halitu marcidos, & aridos breui reddere consueuit. Hæc *Turneb.* quibus nonnulla continuationis causa inspersimus, omisis paucis, quæ ad explicationem magis pertinent, vt vidisti, quemadmodum alia ibidem.



Ecloga tertia. *Palemon.*
 SYNOPSIS.

Quinq; partibus continetur *Ecloga* præsens. Primum enim *Menalcas*, & *Damætas* vicissim se admodum contumeliosè accipiunt, tanquam fures, inuidos, maleuolos, cantandique prorsus rudes atque imperitos: & quod in prouerbio est, pari vterque in caput alterius refert. Deinde verò depositis in medium pignoribus, ijsque commendatis, duobus nempe vitulis (nam *fagineum* *Damætae* poculum aspernatur *Menalcas*, vt suæ vitule multum impar, nulloque modo conferendum) ad certamen sese prouocant. Postea ad *Palemonem*, qui altercationi huic sorte fortuna interuenerat, litis totius arbitrium desertur. Tum *amæbeo* carmine concertant. Est autem *amæbeum* carmen, auctore *Festo*, quoties hi qui canunt, & equali numero versuum vtuntur: & ita se habet ipsa responsio, vt aut maius, aut contrarium quid dicant. Postremò *Palemon* eos pares, neutrumq; altero superiorem pronuntiat, dubiam palmam relinquens. Fuit *L. Rhemnius Palemon* non ignobilis Grammaticus, cuius item mentio apud *Suetonium*: tanta inflatus arrogantia, vt *M. Varronem* Romanorum doctissimum, porcum appellaret, secumq; & *natas*, & *morituras* litteras gloriaretur. Hic nomen suum non casu, ac fortuito, sed prouidè in *Bucolicis* positum aiebat: præ sagisse enim *Virgilium*, fore quandoque omnium poetarum poematumq; iudicem *Palemonem*. Obseruarunt eruditi, ex *Idyllijs* *Theocriti*, quarto nempe, & quinto conformatum hoc poematum, *Virgilium*que varietatem, quæ cum in omnibus rebus, tum præsertim in *Eclogis* delectat, quæsiuisse. In prima namq; personas amicas, & familiares introduxit. In secunda, alteram amantem, alteram auersantem. In hac duas planè aduersarias, & rixantes etiam. Et existimatus est nomen suum sub persona *Damætae* aduersus æmulos quosdam defendere, demonstrareque, eos frustra conari suæ claritati tenebras offundere. Ad hanc, & septimam effinxit quartam suam *Nemesianus*. Nam ibi quoque *Mopsus* & *Lycidas* alterno versuum tetrade, adiuncto eodem intercalari, vt fit in *Pharmaceutria*, suos amores consolantur. Respondet huic eidem secunda *Calpurnij*: vehementer quippe vterq; $\mu\alpha\rho\upsilon\upsilon\zeta\epsilon\iota$. Sed id magis, & illustrius in *Nemesiani* paucis *eclogis* apparet.

E

EXPLA-

Dic mihi Damœta, cuium pecus? an Melibœi?
D. Non, verum Ægonis: nuper mihi tradidit Ægon.
M. Infelix ô semper ouis pecus. ipse Nearam
Dum fouet: ac, ne me sibi præferat illa, veretur,
HIC ALIENVS OVES CVSTOS BIS MVLGET IN HORA:
Et succus pecori, & lac subducitur agnis.

DIC MIHI DAMOETA, CUIVM PECVS?) Theocritus. Sed ille hos velut canicularum latratus neglexit, nec silentio suo vel minimam gloriæ suæ iacturam incurrit. Prima parodia est ex primo versu i. Eclogæ. *Titire, si toga calda tibi est, quid tegmine fagi?* Visus est enim parum latinè locutus, *tegmine fagi*, pro umbra, & opacitate fagi. Altera ex primis huius Eclogæ versibus.

Dic mihi, Damœta, cuium pecus, an me latinum?
Non: verum Ægonis, nostri sic rure loquuntur.
Sed, ut patuit supra ex Seruio, ipsi ludibrium debent. Riserunt præterea, quod numero multitudinis extulisset in Georg. hordea. *Hordea qui dicit, superest ut tritica dicat.* Atqui poetica vel libertatis, vel licentiæ meminisse debuissent, quæ se vsque quaque Grammaticorum cancellis includi non patitur. Iacob. Pont. MIHI TRADIDIT ÆGON) Tradere probatis auctoribus est credere, committere. Sese, aut alterum alicui, rempub. imperium tradere, quid aliud sunt, quam eius fidei, potestati committere? Iacob. Pont. NEARAM DVM FOVET) Vis quædam huic vocabulo *fouet* subesse videtur, metaphora ducta ab auibus, pullos alarum volumine fouentibus, aut ouis incubantibus: quæ vox plerumque à poeta in re amatoria adhibetur. *Æneid. 4. hyemem inter se, quam longa fouere.* Item *Æneid. 1. oculis & pectore toto Hæret, & interdum gremio fouet.* Alibi tamen fouere castra, fouere cupidine bella. OVES BIS MVLGET IN HORA) Vix potest in sæcundis ouibus fieri per totum diem, quanto minus in hora, ut bis mulgeantur? Georg. 3.

*Quod surgente die mulsere, horisq. diurnis,
Nocte premunt: quod iam tenebris, & sole cadente,
Sub lucem exportant calathis.*

Quid autem sequatur incommodi geminum mulctum in hora, statim ipse dicit, *Et succus pecori, & lac subducitur agnis.* Macerantur nimirum oves, macescuntque nimium: succus quippe humor est, quo alitur animal: hinc corpus solidum, & succiplenum. Varro quoque lib. 2. de re rust. vetat, dum nutriuntur agni, matres mulgeri: quia plus lanæ ferunt, & agnos plures. Et lex Iustiniani est, *si an iure huius pœmion ameligen ta pœc alia labra tœ kveto autv, kv kvit pœgkvon, kv pœkvon tœ kvitv kvkvitv.* Si fuerit deprehensus opilio oves mulgere clam domino suo, & vedere (lac scilicet) verberatus mercede priuetur. Seruius, & alij.

*Ingenium magni linor detrectat Homeri:
Quisquis es, ex illo Zoile nomen habes.
Et tua sacrilega laniarunt carmina lingua,
Pertulit huc victos quo duce Troia deos.*

Tres, inquam, habuit, Bauium, Meuium, quos hac Eclogæ velut notis Threicijs compungit, & stigmatis inurit ad perpetuitatem memoriæ: & Anserem, quem perstringit Eclogæ 9. ibi,

*Nam neq. adhuc Varro videor, nec dicere Cinna
Digna: sed argutos inter strepere anser olores.*

Hi parodias qualdam in eum scripserunt, ex eius carminibus, quibus poetam doctissimum pro indocto tradu-

D. Parcius ista viris tamen obijcienda memento.
Nouimus & qui te, transfusa tuentibus hircuis,
Et quo (sed faciles Nymphæ risere) sacello.
M. Tum credo, cum me arbuftum videre Myconis,
Atque mala vites incidere falce nouellas.
D. Aut hinc ad veteres fagos, cum Daphnidis arcum
Fregisti, & calamos. quæ tu peruerse Menalca,
Et cum vidisti puero donata, dolebas:

15 ET SI NON ALIQUA NOCVISSES, MORTVVS ESSES.

M. QVID DOMINI FACIENT, AVDENT CVM TALIA FVRES?

Non ego te vidi Damonis, pessime, caprum

Excipere insidijs, multum latrante lycisca?

Et cum clamarem, Quò nunc se proripit ille?

20 Tityre coge pecus: tu post carecta latebas.

PARCVS ISTA VIRIS) Si ea quæ vis dices, ea quæ non vis audies. Vel ut Cicero Sallustio respondens (quæ tamen orationes supposititiæ sunt, & vtrique falsò adscribuntur) quam malè dicendo accepisti voluptatem, eam malè audiendo amittes. Germanicè, *Ey lieber gesell, ihue gemach*. Hoc minatur Menalcæ, Damocetas tacitè. Id ita esse, quæ sequuntur in recriminatione, probant. Cùm Vespasianus, auctore Suetonio cap. 13. de Licinio Mutiano, cuius erat palam nota impudicitia, apud communem amicum conquereretur, clausulam hanc adiecit: ego tamen vir sum: seu, ut apud Aurelium Victorem est, nosti me virum esse: nempe, ut probabile fit, ad vericulum hunc alludens. Iacob. Pont. NOVIMVS ET QVI TE) Defectus verborum *αδ* maximè significat, admirationem, amorem, odium, iram. Fit etiam alijs de causis: puta ob pudorè, quum res est turpis, ut hic: item quum veremur, ne auditores offendantur. Hoc ad oratores pertinet. Etenim si quo in vitio vel corporis, vel animi, vel fortunæ communem habeat Iudices cum reo reprehensionem, id verò tametsi multum potest causæ prodesse, tamen est omnino prætereundum. Scalig. Poet. lib. 4. cap. 27. * *De ista εκλειθε, honesta scilicet in re turpi*. Donat. in Eunuch. Synecdochen vult esse Quintil. lib. 9. cap. 3. cum subtrahit verbum aliquod satis ex ceteris intelligitur. Cuius similia, inquit, sunt, meo quidem iudicio, in quibus verba decenter pudoris gratia subtrahuntur, Nouimus & qui te, &c. Hanc quidam apostrophe putant, frustra. Nam illa quid taceat incertum est, &c. TRANSVERSA TVENTIBVS HIRQVIS) Libido oculos in angustias, seu angulos oculorum solet contrudere, quos vocant hirquos, teste Suetonio, in vitijs corporalibus. Ideo autem hirquos, quoniam libidinis, quæ in hirco præferuida est [adeo quidem, ut dum adhuc sberibus alitur, matrem stupro superueniat. Et ideo celeriter, & ante sex annos consenscit, quod immatura Veneris cupidine primis pueritiæ temporibus exhaustus est. Columell. lib. 7. cap. 6.] illic promantur signa. Etiam si Apuleius Grammaticus, quod illic hæreat oculi, hirquos dici opinetur. Legitur in nonnullis libris *hircis*, pro *hirquis*. Rhodigin. lib. 15. cap. 10.

Huic nomini hircus, inquit Iouian. de Aspirat. lib. 1. aspiratio loco, s, præponitur. Nam Sabini fircus dixerunt. Quamquam, si Quintiliano credimus, principiò Romani non aspirabant huic voci. Eadem ratione aspiramus hirquos, cum significat eam partem oculi, qua palpebræ committuntur: quod nomen satis quidem ineptè Apuleius Grammaticus inde vult dictum, quod illic hæreat oculi. Tradunt etiam Grammatici, vocem hanc, in hac significatione scribi debere per, q, cum verò significat animal, per, c. Quod etsi non improbo, tamen existimo veteres in vtraq; significatione scripsisse per, q. Nam & hirquitalos dicebant pueros ad virilitatem accedentes, ab hircorum scilicet libidine: quæ res apertè indicat, etiam hircum pro animali, per, q, pronuntiasse illos, & hirquos dixisse, non quod ibi hæreat oculi: sed quod signa libidinis, quæ maxima in hirquis, id est, hircis est, illic cernerentur, eorumq; motu declararentur.

Fætor ille alarum in hominibus caper, capra, hircus, *τεργον* dicitur, & *τεργιζεν* est virus illud olere. Sed quia malus ille odor rarè quenquam inuadit, nisi qui iam per pubertatem potest habere notitiam fæminæ, aut quia tum maximè fæterent hirci, cum coitum appetunt, factū

AVT *τεργον* aliquando pro libidine Venerea antiquis poneretur. Brod. lib. 5. cap. 22. * *Caprum, capram, & hircum appellari à Latinis fæterentem illam expirationem alarum in humano corpore, docendum est aliquot auctoritatibus. Catull. in Rufum.*

Lædit te quædam mala fabula, qua tibi fertur

Valle sub alarum trux habitare caper.

Idem ad Virronem. Si cui Virro homini facer alarum obstitit hircus. Horat. Ode 12. Epod.

Namque sagacius vnus odoror,

Polypus, an grauis hircus cubet hircus in alis,

Quam canis acer, vbi lateat fuis.

Idem epist. 5. lib. 1. Sed nimis arcta premunt olida conuiuia caprae, Licet, inquit, plures tecum comites adducas: sed hoc est metuendum, ne multitudinem coniuuarum arte sedentium, existat alarum odor grauis, & teter. Sic Lamb. monens, à quibusdam scorta intelligi caprarum nomine. ET QVO, SED. F. N. R. S) De violato luco

Donatus rectè interpretatur. Sed interdum faciles dijerant, nec lucos sacros violantes vindicabant. Contra Horat. de Ioue, Ode 12. lib. 1.

Tu parum castis inimica mittes

Fulmina lucis.

Turneb. lib. 29. cap. 29. TVM, CREDO, QVVM ME ARBVSTVM) Et rusticè, & naturaliter responder. Non enim ante purgat obiecta, sed alia obijcit. Ita enim irati facere confluxerunt, cum aut non potuerint, aut noluerint obiecta dissoluere. Seruius.

Verbum *credo*, *ειρωμαι* adhiberi solet. Cic. 1. de Orat. Clamabunt, credo, omnia gymnasia philosophorum. Idem Orat. perf. Atque etiam à quibusdam serò iam emendatur antiquitas, qui hæc reprehendunt: nam pro deum atque hominum fidem, deorum aiunt. Ita, credo, hoc illi nesciebant, &c. Terent. Eunuch. *Credo, ut sit, misera pro amore extrusit hunc foras*. Imitatio Græcorum est, apud quos *οἴμαι* hunc usum habet. Demost. *οἴμαι, αεινησαν ἑτοί μοι*. At isti, credo, præstantiores se, quam ipse me præbui. Ouid. at puto, sed puto pro eodem, seu eadem significatione dixit. lib. 5. Trist.

At puto, si demens studium fatale retentem,

Hic mihi præbebit carminis arma locus.

Lib. 1. de Ponto. At puto, fructus adest mitissima causa laborum. In Nuce. Sed puto, magna mei est operoso cura colono. Iacob. Pont. MALA FALCE) Qua tu malè vteris.

Et dictum ex affectu vrentis: sicut, inutile ferrum cingitur. VITES NOVELLAS) In hoc maximum nefas est, nam vetulæ & cum vtilitate inciduntur. Fuerat autem capitale, arbores alienas incidere. Seruius. * *Vitem nouellam, & vineam nouellam lego etiam apud Catonem de re rust. cap. 34. Plin. lib. 16. cap. 27. Et vltioribus vitibus vinum melius, nouellis copiosius. Nouellum pro vinea recenter instituta, dixit Paulus Iurecos. Reperitur verbum quoque, nouellare apud Tranquillum in Domitiano cap. 7. Ad summam, inquit, sberat em vini frumenti sero inopiam existimans nimio vinearum studio negligi arua, edixit, ne quis in Italia nouellaret. Hoc est, si ibidem Torrentius explanat, vites nouellas institueret. Quis etiam facetum quoddam dictum ante à Beroaldo notatum, ex Philostrato adducit. Apollonius, postquam edictum Domitiani de vitibus rescivit, At hic, inquit, præclarus imp. qui mares castrari vetuit (Sueton. eod. cap.) terram eunucham fecit. ET CALAMOS) De calamis vnde tela fiunt,*

lege quæ scribuntur à Plinio lib. 16. cap. 37. Calamis orientis populi bella conficiunt, calamis spicula addunt, irreuocabili hamo noxia, &c. Iacob. Pont. PVERO DONATA DOLEBAS) Dolebas propter inuidiam tuam videlicet: inuidia enim est dolor de alienis bonis. Compluria

pluria differimus de hoc vitio in Eclog. i. super illo, *Non equidem inuideo, &c.* Modò tantum egregiam ex D. Chrylostomo sententiam, ad huius improbitatis detestationem producemus. Ille Homil. 44. ad populum Antiochen. Omni venia caret istud peccatum. Nam fornicator quidem concupiscentiam potest pretendere, fur paupertatem, homicida furorem, frigidus quidè, & irrationabiles, habent tamen quas pretendant occasiones. Tu verò, quam dices causam, rogo? Nullam penitus, nisi solum intensam nequitiam. **SI NON NOCVISSES, MORTVVS ESSES**) Sunt duæ figuræ proverbiales, quibus intemperantem rei cuiuspiam cupiditatem declaramus. Altera est apud Aristophanem in *Vespis* huiusmodi:

*Ἦν μὴ πρὶ τῷ πρώτῳ καθίηται ἔϋλον,
 Ἵππος δ' ἕξ τῆς νυκτὸς ὕδρ' πασπαλῶν.
 Ligno nisi forsitan primo illi assederit,
 Somni videt nihil nocte, vel paspalam.*

Primum lignum dixit primum gradum. Paspalam autem Græci vocant minutissimum aliquem farinæ pulvisculum. Ad eundem modum Iuuenalis, *quibusdam Somniarixa facit.* Altera est apud Maronem (hoc loco intellige.) Prior ita effertur, non capit somnum, nisi hoc, aut illud fecerit. Et eam reperire est apud Hebræum *Paræmiographum.* Nō enim dormiunt, nisi cum malefecerint: nec capitur somnus ab eis, nisi supplantauerint. *Chiliad. Quid domini facient, avdent. Q. T. F.)* Conatur *Aegonem* rivalem suum simul infamare cum seruo, & est argumentatio à comparatione minorum. Seruius in hunc locum ita commentatur. Plerumq; personæ suis nominibus exprimuntur. Vt si dicas, philosophus, nomen ipsum ponis. Si autem velis dicere, sapientiæ operam dans, personam exprimes per officium, sicut hic. Nam pro seruo furem posuit: furta enim specialiter seruorum sunt. Sic *Plaut. de seruo. Homo es trium litterarum, id est, fur.*

Varro lib. i. de ling. lat. dicit furem ex eo dictum, quod veteres Romani furuum atrum appellauerint: & fures per noctem, quæ atra sit, facilius furantur. Quam etymologiam respuit *Gell. lib. i. cap. 8.* Ipse aliam è Græco affert. Quod enim Græcis, inquit, nunc *κλέπτης*, antiquiore Græca lingua *φῶρ* est dictum. Hinc per affinitatem litterarum qui *φῶρ* Græcè, Latine fur. **NON EGO TE VIDI**) *Plaut. Trucul.*

*Pluris est oculatus testis vnus, quam auriti decem.
 Qui audiunt, audita dicunt: qui vident, plane sciunt.* Docet longè maiorem fidem habendam, referentibus ea quæ viderint oculis, quàm ijs qui narrant ab alijs audita. *Iustinian. Instit. lib. 3.* oculatam fidem nominat, cum res subijcitur oculis. Vulgò, si quis fabulā narret parum verisimilem, rogare consueuimus, num ea conspexerit. Si neget, sed audisse se tantum affirmet, ridetur. *Chiliad. CAPRVM EXCIPERE INSIDIIS*) Verbum excipere venatorum est proprium, *δέχομαι* Græci. *Hom. Iliad. A.*

D. An mihi cantando victus non redderet ille,
 Quem mea carminibus meruisset fistula caprum?
 Si nescis, meus ille caper fuit: & mihi Damon
 Ipse fatebatur, sed reddere posse negabat.

25 M. CANTANDO TV ILLVM? aut vnquam tibi fistula cera
 Iuncta fuit? non tu in triuijs indocte solebas
 Stridenti miserum stipula disperdere carmen?

AN MIHI CANT. VICTVS) Tanquam victoriæ præmium mihi debebatur ille caper: deposuerat enim illū Damon: sed ideo forsità negabat se posse reddere, quod

*Ad δεγμένον ἐν πρεδομήσει. Aeneid. 6.
 Aemulus exceptum Triton (si credere dignum est)
 Inter saxa virum spumosa immerferat vnda.*

Translatum illud Cicer. pro Roscio Amerin. Nimirum similiter arbitrantur isti bonorum emptores, vos hic tales viros sedere, qui excipiat eos, qui è suis manibus effugerint. *Horat. epist. i. lib. i. Excipiantq; senes, quos vi variamittant.* *Lamb. in Horat. * Adde Propert. lib. 2. eleg. 19.*

Hæc igitur mihi sit lepores audacia molles
 Excipere, & stricto figere auem calamo.
Adde & Maronē, lib. 11. de Camilla Ornitū, seu Orphitum interficiente. Hūc illa exceptum (neq; enim labor agmine verfo) Traicit. Sueton. Augusto, cap. 16. Cum prater Locros Rhegiū pedibus iret, & prospectis bivemibus Pompeianis terrā legentibus, suos ratus, descendisset ad littus, pane exceptus est. Dicuntur Serò abigei proprie, qui pecora ex pascuis, vel ex armentis subducunt, & quodammodo depradantur. Etiam abactores, à Græcis ἀπαλαται. Erant Hispani olim maximè abigei, adeo ut Iberos poeta dicens, intelligat abigeos. Vide Lexicon iuris.

Ceterum excipere Nonius interpretatur, prater alias notiones, opprimere, circumuenire. Adducit Virgilium lib. 3. *Aeneid. Et scelerum furis agitatus Orestes Excipit incautum, patriasq; obtruncat ad aras,* Ciceronem &c. **MVLTVM LATRANTE LYCISCA**) Ex Seruio, & Plinio constat, lyciscam de congressu canis, & lupi generari. Certè *Arist. 2. de generat. animal doctissima* disputatione causam scrutatur, cur solus mulus omnium animalium, quæ etiam non *ὁμογενῆς* libido permiscet ad coitum, nihil neque ex suo genere, neque aliunde generet. Eius disputationis, quæ & natales lyciscæ completitur, tale est initium. *γίνεται ὁ συνδυασμὸς τοῖς ζῴοις, &c.*

*German. * Plinium de lycisca id nusquam tradidisse contra Seruium notat Beroaldus. Bigenera animalia Festus ait Vocitari, ex diuerso genere nata: Et leopardum ex leone & panthera, suam hybridam ex apro, & scrofa domestica: mulum ex equa, & asino. Vide Isidor. lib. 12. cap. 1. Obseruatum, inquit Plin. lib. 8. cap. 43. è duobus diuersis generibus nata, tertij generis fieri, & neutri parentum esse similia: eaq; ipsa quæ sunt ita nata, non gignere, in omni animalium genere. ET CVM CLAMAREM, TV POST CARECTA*) Adagium est, *ὅι φῶρρς τὴν βοῶν,* fures clamorem, subaudiendum, timent, aut senserunt: quod cadit in eos, qui sibi conscij, metuunt ne deprehendantur: aut qui peracto maleficio fugitant, pauitantque. Habet autem hoc cum omnis malefacti conscientia, tum præcipuè furti, vt hominem trepidum reddat, ac lucifugam. Vnde est in Hebræorum sententijs, impium vel persequente nullo fugere. Huc etgo allusum à Virgilio. *Chiliad. * Cum dixisset Menalcas, se vidisse Damocram caprum excipientem insidijs, satis manifesti cum furti arguit, & ait Seruius. Quis enim ea neget, quorum nobis testes sunt oculi? sed quoniam adijcit: Et cum clamarem, &c. arbitratur Cuiusius Obserua. lib. 11. cap. 38. Visum furem non aliter pro manifesto haberi, quam si dominus qui vidit, viso acclamauerit. Quo te fur proripis? Quo uerba ab it mea? aut quid simile. Sicut ex XII. clamor exigitur, antequam iure furem occidere possis. QVO NVNC SE PROR.)* *Plaut. Trinum. Quo illic homo foras se penetravit ex adibus?*

ipsi quoq; proinde vt Menalcæ domi pater erat, cum iniusta nouerca, qui ambo bis in die pecus numerarent, alter etiā hæcæos. Egit ergo prudentius Menalcas, dum vt infra

64
 vincti...
 victus reddere...
 possit...
 rum fecit...
 & sequentes...
 To...
 E...
 Qu...
 V...
 D...
 Ap...
 An...
 Dep...
 M...
 E...
 B...
 V...
 35
 (In...
 F...
 L...
 D...
 40
 L...
 T...
 N...
 D...
 45
 O...
 N...
 S...
 T...
 M...
 Δ...
 A...
 Δ...
 M...
 X...
 M...
 D...
 M...
 D...
 M...
 Et...
 Qu...
 Ex...
 aut...
 Alio...
 potuerit...
 iacet...
 ratione...
 tum...
 can...
 tū...
 resp...
 M...
 D...

vt infra audiemus, quod in sua erat potestate, quodque A victus reddere poterat, cum Damoeta concertaturus de-
posuit. Sed enim certa spes victoriae Damoetam temera-
rium fecit. Iacob. Pont. CANTANDO TV ILLVM?) Hic,
& sequentes duo versus expressi sunt à Theocrit. Idyll. 5.

Τὰν ποίαν σύειργα; τὸ γὰρ ποτε δῶλε Συβάρτα
Ἐκτάσω σύειργα; τί δ' ἔκρετι σὺν κορύδωνι
Ἀρεὶ τοὶ χαλάμας ἀνλὸν ποππύσδειν ἔχουσι;
Quenā hac quam memoras est fistula? serue Sybarta.
Vlla fuit ne unquam tibi fistula? sat tibi nonne est,

Quod culmis (hi sunt tua tibia) cum Corydone
Edere non cessas poppysmata.
Eosdē suos fecit imitando Calpurn. eclog. 2. hoc modo.
Vincere tu quengquam, velte certamine quisquam
Dignetur? qui vix stillantes arida voces
Rumpis, & expellis malè singultantia verba?
FISTVLA CERA IVNCTA) Lege supra, Est mihi dispari-
bus septem compacta cicutis. STRIDENTI STIPVLA) Cal-
purnius, carmen inops & acerba stridor auena. Nemefi.
eclog. 3. Tum Pan excussus sonitu stridentis auena.

D. Vis ergo inter nos, quid possit vterque, vicissim
Experiamur? ego hanc vitulam (ne fortè recuses
30 Bis venit ad mulctram, binos alit vberē fœtus)
Depono: tu dic, mecum quo pignore certes.

M. De grege non ausim quidquam deponere tecum:
Est mihi namque domi pater, est iniusta nouerca:
Bisq; die numerant ambo pecus, alter & hœdos.
35 Verum id quod multò tute ipse fatebre maius
(Infanire libet quoniam tibi) pocula ponam
Fagina, cœlatum diuini opus Alcimedontis:
Lenta quibus torno facili superaddita vitis,
Diffusos hedera vestit pallente corymbos.

40 In medio duo signa, Conon: & quis fuit alter
Descripsit radio totum qui gentibus orbem?
Tempora quæ messor, quæ curuus arator haberet?
Nec dum illis labra admoui, sed condita seruo.

D. Et nobis idem Alcimedon duo pocula fecit:
45 Et molli circum est ansas amplexus acantho:
Orpheaq; in medio posuit, syluasq; sequentes.
Nec dum illis labra admoui, sed condita seruo.

SI AD VITVLAM SPECTES, NIHIL EST QVOD POCVLA LAVDES.

Theocritus Idyll. 8.

M. Χρήσεις δ' ὄν ἐσιδεῖν, χρήσεις καταθεῖναι ἀέθλον;
Δ. Χρήσεις τὸτ' ἐσιδεῖν, χρήσεις καταθεῖναι ἀέθλον.
Ἀλλὰ τί θησεύμεσθ' ὃ κεν ἀμῖν ἀξιον εἶν;
Δ. Μόσχον ἐγὼ θησεῶ τὸ δ' εἶδος γ' ἰσομάτορα ἀμῖν.
M. Οὐ θησεῶ πάρα ἀμῖν ἐπεὶ χαλεπὸς δ' ὁ πατήρ μιν
X' ἂ μάτηρ τὰ δ' μάλα πῶθ' ἐσπερα πάντ' ἀειμεῦντι.

M. An scire ergo libet? libet an deponere pignus?
D. Hoc mihi scire libet, libet & deponere pignus.
M. Quid quod sufficiat, deponere possit vterque?
D. Deponam vitulam: aequalem agnum pone parenti.
M. Haud deponā agnū, quoniam pater est mihi durus,
Et mater: vergente die numerantur ab illis
Quotquot ones hinc sunt.

Ex Virgilio illud ἐσιδεῖν reddi eleganter posset, experiiri,
aut etiā cum illa adiectione, experiiri quid possit vterq;. Alioqui notum est, significare proprie, videre: adeo, vt potuerit & ita locus hic reddi, ad verbum, Hōcne videre placet? & in responsione, Nempe videre placet. In interpretatione autē nominis ἀέθλον illum secutus sum. Ceterum quum eadē hic apud vtrunq; poetam pastores dicant, plus venustatis eorū colloquio inest apud Theocritū, propter hos amœbæos versus, in quib; Daphnis, qui responderet, verba Menalce, qui interrogauerat, sequitur.

M. An scire ergo libet, libet an deponere pignus?
D. Hoc mihi scire libet, libet & deponere pignus.

B At verò apud Virgilium Damoetas non expectat Menalce responsum ad suam interrogationem. Dicit enim Damoetas. Vis ergo inter nos, quid possit vterq;, vicissim Experiamur? quibus subiungit, ego hanc vitulam &c. Posset autem illa ἀμοιβαιοτήτως, vt ita dicam, venustas ex Virgilij verbis concinnari, meo iudicio.

D. Visne ergo inter nos, quid possit vterq;, vicissim Experiamur, & an pignus ponamus vterque?
M. Nempe volo inter nos, quid possit vterq;, vicissim Experiamur, item pignus ponamus vterque.

Ideo autem simplici ponere, nō minus quam composito deponere licere hic vt existimō, quod Theocritus non solum καταθεῖναι dicat, sed etiam θησεῶ, & θησεῖς, & θησεύ-
C μεσα. VIS ERGO INTER NOS) Calpurnius eclog. 6.

Visigitur, quoniam nec nobis, improbe, par es,
Ipse tuos index calamos committere nostris?

BIS VENIT AD MULCTRAM) Horat. Ode 16. Illic iniuste veniunt ad mulctra capelle. VITVLAM DEPONO) Anti- qui sponsonibus contendebant, & earum arbitros cō- stituebant, apud quos pignora quoq; deponerant: quarum sponsonum vel apud Iureconsultos monumenta supersunt, & Plutarchum in Antonio. Hic locus à Theocrito in Batto manauit. ἀλλ' ἐν ἀίγῃ λῆς ἔειπον θέμεν, &c. Vt autē Latini, deponere, Græci παραχρῆσθα βάλειν dicunt, sacramento contendere, sponsonem certare. German. INIVSTA NOVERCA) Existimatur Virgilius aptius no- uercae mentionem fecisse, quam matris Theocritus,
E 3 Quin

Quin etiam variauit rem nudam, vt, alter *Eschados*: quippe modicum gregem: vterq; verò pecus, cuius iactura in magno numero quò deprehendi posset, maiore indigeret cura, atq; obseruatione. Scalig. F.

Vt autem intelligamus, quamobrem iniustam vocarit nouercam Maro, & cur dicat Seruius, id esse generale epitheton nouercarū, sic habeamus. Nullum maius, neq; certius indicium est amoris vxorij erga virum, quàm si priuignos non oderit: quod si etiam amauerit, tum verò quasi muliere maior, in admiratione erit. Hoc odium nouercaie insinuat Horat. Ode 5. Epod. in Canidiam veneficam, *Quid, vt nouerca, me intueris?* Euripid.

Alcestide. *Εχθρὰ γὰρ ἢ πῖσσα μισρὰ τέκνοις
Τοῖς πατρὶ ἐχθρὸν ἔστιν ἠπιωτέρον.
Hostis nouerca est ante natis liberis,
Nihilq; mitior nocente vipera.*

Charondas legislator Thuriorum sanxit legem, ne quis liberis nouercam superinduceret, neue secundā vxorē caperet, vsus hoc dilemmate. Si prius coniugiū fuit prosperum, ea prosperitate contentus esto: si infelix, & improsperū, furiosi est idem malum denuo experiri velle. Solent præterea comparari cum naufragis, mare, vnde vix salui euaserunt, repetentibus, qui mortua priore, secundam ducunt: quanto magis, qui tertiam, quartam, quintam? Lege Diodor. lib. 12. Iacob. Pont.

Prouerbiū est, Apud nouercam queri, de ijs, qui infelicitatem suam deplorant apud eos, qui nihil sunt auxiliij laturi, vel gauisuri etiam querentium malis: quod nouerca ferè malè velint priuignis. Ballio leno in Pseud. Plauti. *Nam istuc, quod nunc lamentare, non esse argentum tibi, Apud nouercam querere.* Leno pro se supposuit nouercam. Quod dictum Pseudolus simulans se non intelligere, *Eho, inquit, an vnquam huius nupsisti patri?* Aliud prouerbiū, Nouercaie odium, pro magno, fatali, irrecòciliabili odio, quod insitum est nouercis omnib;.

Id eleganter docetur epigrammate quodam *εἰς μισρὰν*. lib. 1. *Σπλῆν μισρῆς μικρὸν λίθον ἔσφα κῆρ,
Ὡς βίον, ἠλλάττει καὶ τέρπον δόμεν.
Ἡ δὲ τάρῃ κλιθεῖσα κατέκτανε παῖδα παρῶσα.
Φεύγει μισρῆς καὶ τάρῃ οἱ παρῶνοι.
Exiguo lapidi puer addit ferta nouerca,
Mutasse vt vitam, sic ratus ingenium.
Extinguit puerum illapsus tumulto. Eia nouerca
Priuigni exanimem vel tumulum fugite.*

Chiliad. * *Ridiculus est, quod scribit Plutarchus, lib. de tranquillitate animi. Quidam cum in canem proteruum mitteret lapidem, aberrans ab eo, nouercam fortuito percussit: tum, ne hoc quidem malè, inquit. INSANIRE LIBET TIBI* Infanis Damæta, me prouocans ad certandū, cum mecum nullo modo comparandus sis, multis vtiq; partibus inferior, qui in triuijs miserum carmen disperdere solitus es stridenti stipula. Audere maiora viribus, amentia est & infania, quòd facis in præsens. Ergo insanus es. Dicuntur & insanire, qui aliquid faciunt temere, & non satis cum ratione. Ostentator in 4. Cornif. ad Heren. Tameſi in Tusculano quidem capi insanire, & in iisdem fundamentis ædificare. Iacob. Pont. *POCVLA FAGINA CÆL. D. O. A* Commendatio poculi à materia, artificio, & artifice] Nimirum & apud Trebelliū disci sunt corymbiati, & lances pampinatae, & pateræ hederatae. Germ. *LENTA QVIB. TOR. FACILI* Lentam vitem nuncupauit & Catull. epithal.

*Lenta quin velut assitas
Vitis implicat arbores.*

Rèquire quæ diximus in 7. Æneid. super illo, *Lento ducunt argento*, ex Mureti lib. 3. cap. 8. Tibull. lib. 1. eleg. 1. facile lutū dixit, *Pocula de facili composuitq; luto.* Sed aliter tornus facilis. Iac. Pont. *CONON, ET QVIS F. A. D. R.* Seruius quandoq; lapsus est in historia hominum, quo-

rum meminit eruditus, & multæ lectionis poeta. Non enim intellexit Virgilius Cononem Atheniensem, summum virum in reb; bellicis, Timothei item Imperatoris filium, vt ipse putauit: sed valde peritum Geometriae hominem, magnaq; cum laude in mathematicis versantem, cognominem illi. Eius autē quoq; meminit Archimedes in epistola, qua Dositheo misit librum suum *περὶ τετραγωνισμῶ παρὰβολῆς*: ostendit enim amicum Cononem amobus fuisse, ac de eius interitu paulo ante mortui conqueritur. Inde autem suspicari possumus, alterū illum, quem Virgilius non appellauit, Archimedes fuisse, vt alijs etiam nonnullis coniecturis, ita hac, quod nobilis artifex, quos coniunctos amicitia fuisse, & in eodem studio claruisse sciret, in poculo illo coniunxisset. Victor. lib. 17. cap. 8. De Conone isto Callimachus in elegia, quæ, vt ex Arati interprete colligimus, *Βερενίκης ἀλόγμος* inscripta fuit. Eam transtulit Catullus. Vrsin.

Iouian. lib. 1. de Aspirat. super hoc versu. *Descriptis radio totum qui gentibus orbem.* Mathematici enim, cæli ambitum, ac stellarū sphaeras, & terræ quam incolimus partes, quibusdā distinctas cingulis, ac gradib; figurant lineis, & intra circulos cogunt. Accipiendum autem de Conone Samio, nobili Mathematico, non de Claudio Ptolemæo, vt Maronis interpretes credunt, qui quidem multis post Virgilium annis floruit. Fuit autem Conon hic temporibus Ptolemæi Regis, à quo propter disciplinam in summo honore est habitus. Qui cum cæli situm describeret, quasdā stellas, quæ sunt in eo fidere, qui leo dicitur, crines esse Berenices commentus est, de quo est apud Hyginū in lib. de signis caelestibus, Et apud Catull. *Omnia qui magni despexit sidera mundi, &c.* * *Erunt ergo, si Iouianum audiamus, duo Conones in his duobus versibus: quorum alter exprimitur, alter diuinantibus relinquitur. Et ipse quidē posteriori etiam audeſt poema de coma Berenices regina adscribere. At mihi lubet assentiri Victorio de Archimede. In eo verò quod pastorem finxit poem vel nescire quis ille alter fuerit, vel cum scierit, oblitum esse, persona decorum seruauit: rusticos enim exacta rerum huiuscemodi notitia non decet.*

Radius (quod ignorat nemo) splendor est à sole micans, tela dici vocat Lucret. A similitudine radius geometricus, quo lineamenta describuntur. Humilem hominuculū à puluere, & radio excitabo, ait de Archimede Cic. Tusc. 5. & radius astronomicus, quo sidera spectantur. 6. Æneid. *Calig, meatus Describent radio, & surgentia sidera dicent.* Dicuntur & radij rotarum: quibus item mensura raditur, aliàs hostoriū, rutrum: & quibus textores in tela texenda vtuntur. *TEMPORA QVÆ. M. Q. C. A*) Tempus ferendi, tempus metendi, & vnicuiq; rei suum tempus est, vt legimus apud Ecclesiasten. cap. 3. nec possunt consistere, quæ non suo tempore suscipiuntur. De aratore curuo Plin. lib. 18. cap. 19. Arator nisi incuruus, prauaricatur. Vetus epigramma in libris Virgilij. *Hic tibi nec pastor, nec curuus deerit arator.* Curuum oportet esse aratorem propter aratrū curuum. Lucret. lib. 5.

*Nec robustus erat curui moderator aratri
Quisquam, nec scibat ferro molirier arua.*

Iacob. Pont. *NEC DVM ILLIS LABRA ADMOVI* Hypallage, pro, ea labris admoui. Rebus pretiosis, aut elegantibus tardè, & quodammodo nolentes vtimur: scientes, ipso vsu minus reddi pretiosas, & suum splendorē paulatim, elegantiamq; amittere: quod nos minimè vellemus. Quare quædam, tameſi possent esse vsui, perpetuò inter *κειμήλια* pro thesauris relinquimus, ea spectare subinde, & alijs ostentare contenti. Iacob. Pont. *ET CIRCVM EST AN. AMP. A*) Tradunt virginem quandam Corinthi decessisse, nutricem verò eius pocula, quibus illa delectata admodum fuerat, collegisse in calatho, delataq; ad tumulum, illic collocaſſe, & vt diutius sub dio permanerent, tegula etiam texisse. Eum calathum

68
lathum forte super
radicem vero præter
losq; profunde, eorum
fentes, ab angula regu
delectabilem speciem
machum anachoritam
nouate, ad id exemplum
niores Comædians app
Virgilium hunc habet
dorem illum hunc hunc
fuisse completum hunc
SYLVASQUE
tam notissima est
nemem ceterum hunc
Interpretatur em. & An
Thebanum conuincit
M.N.
50
E
D.Q.
N
S
NVNQVAM
Troiano. N
riare. Ni tot
sent, facile perip
integros eorum ve
ed eam paululu
ille, vel ex hoc N
nis potest Vrin.
lpp. Tunc verbo
HABES Vides
in manibus videt
bo, inquit. Nihil
canti valet Mem
contemptorem qu
triuuando de fide
minusque aperte de
RA NON ERIT VLL
quid volo, In Pamp
neque alio vsuam
LEMON) Que de
de claris Grammat
& Imortal. Sat. 7. fr
SENSIBVS HAC T

lathum fortè super acanthi radicem fuisse collocatum, radicem verò pressam calathi pondere, folia, cauliculosq; profudisse, eosque secundum calathi latera crescentes, ab angulis tegulæ pressos circumflexisse sese, ac delectabilem speciem visentibus præbuisse. Tum Callimachum architectum delectatum genere, & formæ nouitate, ad id exemplar columnas fecisse, quas posteriores Corinthias appellarint. Quamobrem arbitror Virgilium huius historiæ memorem, dixisse, Alcimedontem illum suum anfas poculorum flexibili acantho fuisse complexum, Iouian. de Aspirat. lib.2. ORPHEA, SYLVAS QVE SE QVENTES) Lippis, & tonforibus etiam notissima est illa Orphei fabula: eum nimirum canentem cithara ferar quoque, & arbores secutas esse. Interpretatur eam, & Amphionis, qui saxa cantu ad Thebana mœnia construenda coire, & coagmentari

A fecit, Horat. ad Pisones. De eodem Orpheo noster Georg. 4. ad finem. *Mulcentem tigris & agentem carmine quercus.* Ad quem locum plura. Iacob. Pont. SI AD VITVLAM SPECTES) Valde stupidus sit, qui caussant non cernat. Laudet Menalcas suum illud poculum ligneum, & eo gaudeat quantum vult: vna vitula, qualis ista, præstat vel pluribus huiusmodi poculis. Quid illa cælatura, præter inanem oculorum voluptatem habet? Aut ad sedandam cum iucunditate sitim quid refert cælature, an incælato, aureo, an ligneo poculo bibas? Vitula, seu bucula hæc (præterquam quòd carnes eius in cibum coquantur, & pellis non est inutilis) quotidiano lacte ditare potest rusticum: siquidem bis venit ad mulctram. Et vt fecunditatem vberis perspicias, eodem tempore adhuc cum suo alienum vitulum, supposititium videlicet, alit. Iacob. Pont.

M. Nunquam hodie effugies: veniam quocunq; vocaris.

50 Audiat hæc tantum vel qui venit, ecce, Palæmon. Efficiam, posthac ne quenquam voce laceffas.

D. Quin age, si quid habes: in me mora non erit vlla.

Nec quenquam fugio. tantum vicine Palæmon,

SENSIBVS HÆC IMIS (RES EST NON PARVA) REPONAS.

NUNQVAM HODIE EFFVGIÉS) Nèuius in Equo Troiano. *Nunquam hodie effugies, quin mea manu moriari.* Nitot veterum poëtarum monumenta perisfent, facile perspiceremus, Virgilium interdum quidem integros eorum versus, interdum verò dimidiatos, modò etiam paululum immutatos versibus suis immiscuisse, ut vel ex hoc Næuij adducto carmine conijcere quibus potest. Vrsin. VOCE LACESSAS) Cicero 2. Philipp. Tu ne verbo quidem à me laceffitus. AGE SI QVID HABES) Vides audaciam Damœtæ? victoriam sibi iam in manibus videtur habere. Et contemptim, *si quid habes*, inquit. Nihil enim ducit quod habet, id est, quòd cantu valet Menalcas: quodammodo par pari refert, contemptoremque suum, à quo audierat, *non tu intrinijis indocte solebas*, &c. vicissim, paulò tamen ciuilius, minusque apertè despicit. Iacob. Pont. IN MEMORA NON ERIT VLLA) Sic Terent. And. *in eueniat quod volo, In Pamphilo ut nihil sit mora.* Et. *Neque hic, neque alibi vsquam erit tibi in memora.* VICINE PALÆMON) Quæ de Palæmone Grammat. Sueton. lib. de claris Grammat. Euseb. in Chron. Plin. lib. 4. cap. 4. & Iuuenal. Sat. 7. scripserunt, cum volueris ipse leges. SENSIBVS HÆC IMIS. R. E. N. P) Ouid. *Hæc mihi sem-*

per erunt imis infixa medullis. Horat. Ode 14. Epod. *Mollis inertia cur tantam diffuderit imis Obluionem sensibus.* Hom. *ἄλλο δὲ τοι ἐρέω, σὺ δ' ἐνὶ φρεσὶ βάλλεις ὄνησι.* Cic. 1. Catilin. Percipite quæso diligenter quæ dicam, & ea animis vestris, mentibusq; mandate. Pro P. Quintio. Quæso vt eum diem memoriæ mandetis. Pro Cornelio Balbo. Oratio quæ nò præteruecta est aures vestras, sed in animis omnium penitus infedit. Et 2. de Orat. nihil vnquam audiui, quod non in memoria mea penitus infederit. Veruntamen qui postulat quippiam imis sensibus reponi, aut menti intimæ mandari, non solum videtur cupere, illud retineri, nec per obliuionem excidere, verum etiam, vt rem seriam perpendi, considerari, perspicere, probè cognosci, ac dijudicari. Itaq; statim subiicit, *res est non parua*: quod exponere licet, de re non parua agitur, non est vel de umbra asini, vel de lana caprina nobis instituta concertatio: honoris est còtentio: honore cedere qui velit, rarus erit. Et dicitur ex animo æstimantis, Res est nò parua. Quod enim quisq; magni pendit, & admiratur, & ardentè optat, id illi res magna, seu non parua res est, etiamsi res nihili est, & pro qua digitus vertendus non sit. Iacob. Pont.

55 P. Dicite: quandoquidem in molli confedimus herba:

Et nunc omnis ager, nunc omnis parturit arbor:

NVNC FRONDENTSYLVAE, NVNC FORMOSISSIMVS ANNVS.

Incipe Damœta, tu deinde sequere Menalca.

Alternis dicetis: AMANT ALTERNA CAMOENÆ.

DICITE: QVANDO QVI.) Inuitatio ad cantandū, ab adiunctis & loci, & temporis, quale ferè apud Ciceronè in dialogis decorum seruatur. Primo de Orat. platanus est in cuius umbra differitur: de legib⁹ inter procerissimas populos: & in viridi, opacq; ripa fluminum, ad auium quoq; còcentum disputatur. * Nemesian. eclog. 1. *vt se Virgiliànū, quemadmodū alijs locis, ostendat dicam an ostendet?* Hic cantare libet, virides nam suggerit herbas Mollis ager, lateq; tacet nemus omne.

NVNC OMNIS PARTVRIT ARBOS) Partum arboris hoc loco florè intelligit: hic enim tempore verno eius partus est: alius in autumnò, qui legitur, & conditur. Ne-

queo præterire suauem, & peropportunum Plinij locū è lib. 16. cap. 25. Arborum flos, est pleni veris indicium, & anni recrescentis, flos gaudium arborum. Tunc se nouas aliasq; quam sunt ostendunt: tunc varijs colorū picturis in certamen vsq; luxuriant. FORMOSISSIMVS ANNVS) Formosissimus annus, est formosissima, id est, gratissima, iucundissima, amœnissima, & optatissima pars anni, puta ver, cuius descriptionem trademus in 2. Georg. Et quia nobis abundat arca, incipiemus hic sumptum facere, apposita Anacreontis Oda dulcissima, & vernantissima, εἰς τὸ εἶπε.

Γόης πῶς ἴσως φανίτ
 Χάριτες ῥόδα βρύασι.
 Γόης πῶς κῦμα θαλάσσης
 Ἀπυλῶν γαλήνη.
 Γόης πῶς γῆσσα κελυμῶσα.
 Γόης πῶς γέρας ὀδύνη.
 Ἀφελῶς δ' ἰλαμψὲ τίβων,
 Νεφέλων σκυῖα θρονῶν.
 Τὰ βροχῶν ἰλαμψὲν ἴσως,
 Καρποῖς γαῖα σπυρίων.
 Βροχῶν τῖφίται νάρκη,
 Καὶ φῶκος, καὶ κλίμα
 Καθιλῶν ἠνθῆς κρεπῶς.

Viden' et inuente Vere
 Charites rosis abundant?
 Viden' ut iam aquoris unda
 Posuit suum furorem?
 Viden' et iam nat anas, &
 Remcare et incipiat grus?
 Purè et resurgat sol?
 Nebula fugentur atra?
 Hominum nitent labores:
 Tellus parturit herbas,
 Termes oliuae exerit se:
 Bromij redimitur humor:
 Fronde sub omni, folioq;
 Fructus floret optimus.

Pericles in epitaphio dixit, τὴν νεότητά ἐκ τῆς πώλεως ἀνη-
 ρῆσθαι, ὡς περ τὸ ἐπὶ ἐκ τῆς ἐπιάντῃ ἐξαιρεθῆναι. Iuuentutem
 (Atheniensē) è repub. sublatam esse perinde, ac si ver
 ex anno tolleretur. Horat. Ode 23. lib. 3. Pomifero graue
 tempus anno, de autumnno. Rursū ita locutus est noster
 Maro, nomine, inquā, totius, partem notans. Æncid. 3.

subitò cum tabida membris
 Corrupto celi tractu, miserandaq; venit
 Arboribusq; satisq; lues, & letifer annus.
 Horat. Ode 2. Epod.

Aut cum tonantis annus hybernus Ionis
 Imbres, nivesq; comparat.

Id est, tempus anni hibernum. Quot porro, quibusq;
 mensibus vnaquæq; partium anni constet, demonstrat
 quatuor monostichis Ausonius.

Martius, Aprilis, Maius sunt tempora veris.
 Julius Augustus, nec non & Junius aestas.
 Septembri, Octobri autumnus, totoq; Nouembri.
 Brumales Ianus, Februarius, atq; December.

Iam hoc quoq; latinæ linguæ cupidiores ex Varrone, &
 Seruio discant, vnumquodque de quatuor anni tempori-
 bus, primo suo mensē nouum, altero adultum, po-
 stremo præcepti dici. Ergo ver nouum Martio, adul-
 tum Aprili, præcepti seu extremum Maio. Idem in cæ-
 teris. Iacob. Pont. ALTERNIS DICETIS) Hoc, &
 quod præcedit carmen, ordine inuerso imitatum vi-
 deas Calpurnium eclog. 4. vbi similiter Melibæus vt ar-
 biter Corydonem & Amyntam cantantes audit.

Dicite: nec mora sit: vicibusq; reducite carmen:
 Tuq; prior Corydon, tu proximus ibis Amynta.
 Pari sententia dictum Eclog. 7.

60 D. Ab Ioue principium musæ, IOVIS OMNIA PLENA,
 Ille colit terras, illi mea carmina curæ,
 M. Et me Phœbus amat: Phœbo sua semper apud me
 Munera sunt, lauri, & suauè rubens hyacinthus.

D. Malo me Galatea petit lasciuia puella,
 65 Et fugit ad salices, & se cupit ante videri.
 M. At mihi sese offert vltro meus ignis, Amyntas:
 Notior vt iam sit canibus non Delia nostris.

D. Parta meæ Veneri sunt munera: namque notauī
 Ipse locum, aeris quò congefserē palumbes.

70 M. Quod potui, puero syluestri ex arbore lecta
 Aurea mala decem misi, cras altera mittam.

AB IOVE PRINCIPIVM) Imitatus est Arati prin-
 cipium, ἐκ τῆς ἀρχόμεθα. Effugere autem dentem ma-
 lignum Calpurnij poetæ non potuit. Sed eius calum-
 niam facile est discutere. In ipso enim auspicio rei cuius-
 que veteres Iouem præfari, & precari solebant. Quod
 & in diuinat. in Verrem ostendit Cic. Poeta igitur pieta-

A Alternis igitur contendere versibus ambo
 Capere, alternos Musa meminisse volebant.
 Iacob. Pont.

Ad parcemiam allusit, Iucunda vicissitudo. Euripid.
 Oreste. μεταβολὴ πάντων γλυκί. Fertur & mimus qui-
 dam in hanc sententiam, non illepidus. Nil incundum,
 nisi quod commendat varietas. Item alius huius consimi-
 lis. Bonarum rerum consuetudo pessima est. Ea est rerum
 natura, eiusmodi sensus humani fastidium, vt nihil esse
 possit tam suauē, quod non abeat in nauseam, si paulo
 diutius vtare: nihil tam egregium, quod idem diu pla-
 cere possit. Vnde & illud Iuuenal. Namque voluptates
 commendat rarior usus. Varietas autem tantam in omni
 re vim habet, vt commendatione interdum nouitatis,
 & pessima pro optimis placeant. Chiliad.

Turneb. lib. 6. cap. 17. ex eo à Marone dictum arbi-
 tratur, quod Hom. lib. 1. Iliad. Musas apud Iouem in O-
 lympo finxerit amebæo quodam carmine alternis can-
 tare, respondentem Apollini, his verbis. μυσάων δ' αἰ ἀει-
 δον ἀμειβόμεναι ὅπι καλῆ. Quod & iisdem verbis in Apol-
 linis hymno scribitur: persudiosè enim imitabatur ve-
 terum poetarum sententias. CAMOENÆ) Testatur
 disertis verbis L. Calpurnius Piso. lib. 1. de continentia
 veterum poetarum, plerosque in hac voce scribenda,
 quarto, quintoque loco vocalem simplicem notasse, vñ
 Ennium quinto duplicem. Hoc vult, plerosq; vel Caf-
 menas, vel Casmēnas, vel Casmoinas scripsisse. De illa
 enim biuocali, seu diphthongo accipiendus Calpur-
 nius. Probo magis simplicem illam scripturam. Suadet
 etymon. Camenæ, inquit Seruius, Musæ, quibus à can-
 tu nomē est inditum. Malim dixisset, à carmine. Festus,
 Camenæ Musæ à carminibus sunt dictæ, vel quod can-
 nant antiquorum laudes, vel quod sunt castæ mentis
 præsidēs. Canebant quidem Musæ illustria magnorum
 virorum facinora. Hom. Odyss. 8.

Ἀντὰρ ἐπεὶ πόσιος, καὶ ἐδητύος ἐξ ἔργῃ ἔντο,
 Μῦθ' ἀρ' ἀείδον ἀνήκεν ἀειδέμεναι κλέα ἀνδρῶν.

Castæ item erant, quod de illis apud Diogen. Laert. in
 epigram. scribit Plato. Quod autem hodie carmen, olim
 casmen casmenis, quod nos carminis. Sæpe enim, e, a-
 pud veteres, i, loco fuit, teste Quintiliano lib. 1. cap. 4.
 inde Casmenæ & carmen olim, hodie Camenæ. Paul.
 Merula in Fragn. Ennij.

tem maiorum imitatus, reprehensionis vellicantium
 poetarum securus, antiquo instituto ab Ioue incipit.
 Nam omne principium Ioui debetur. Alter autem iam
 orato Ioue, se ad numen poetarum cōuertit Apollinem.
 Et me Phœbus amat. Turneb. lib. 29. cap. 25.

Sic Horatius quoque Ode 12. lib. 1. quæ inscribitur
 de lau-

de laudibus deorum &
 Ioue principium dicitur
 Quod primum dicitur
 Laudibus quibus
 Qui mare dicitur
 Tempus
 Ouid. 10. Metam. dicitur
 omnia regna
 ream principia dicitur
 tin. M. Tullius. Hic dicitur
 citatum Plutarcho. quod
 tas rarior vult in omni
 vox, mutæ, vocantur
 elle vtuntur. Iacob. Pont.
 let cas, quæ sunt
 Mulz. inquit Iacob. Pont.
 dicitur. Sicut fecit Theophrastus
 die vtuntur
 ipam quod loquitur
 Ioue dicitur principium
 Arato. Ab Ioue Musæ
 mus erit. Iacob. Pont.
 his sententia est lib. 1.
 campis, inquit
 per omnia terrarum
 Aratus pan moda
 Varron dicitur
 Kai vtuntur
 Lucanus. Iacob. Pont.
 Trinegitus man
 plerum. Præclatè
 rum legis. Deo ne
 domicilium, qui sibi
 sibi; sufficiens
 tudinem, inuitant
 à nullo alio continetur
 Vide & libellam Ar
 MEA CARMINA C
 dicit. Amor. 1. eleg. 1.
 At factus
 Sicut enim
 Et Tibull. lib. 2. eleg.
 Esse curæ eo modo d
 licitudini, esse salu
 titia, esse lucro, esse
 vius, esse honori, & re
 quendi, quod habem
 exempla profertur. E
 gnæ curæ est nullus
 curæ, quemadmodum
 omnia maxime curæ
 Pont. Et ME PRIN
 Kai vtuntur
 Keiv vto fieri
 Valde amor a Plu
 Nunc arat. quoniam
 Calpurnium imitatus
 Me Syllanus amat
 Et mea iudicium
 Sicut vtuntur
 seipsum arat. Iacob
 Palatinus
 Sicut dicitur
 Iacob. Pont.
 Iacob. Pont.

de laudibus deorum & hominum, facit Clio suum à A Ioue principium ducere: & meritò sanè.

Quid prius dicam solitis parentum,
Laudibus: qui res hominum ac deorum,
Qui mare & terras, varijsq; mundum,
Temperat horis?

Ouid. 10. Metam. Ab Ioue Musa parens (cedunt Iouis omnia regno) Carmina nostra moue. Magnarum quidè rerum principia à dijs immortalibus duci, ait in Vatin. M. Tullius. His adiungo Sophoclis dictum alicubi citatum à Plutarcho. ἔργον δ' πάντος ἢν τις ἀρχὴ καλῶς, καὶ τὰς τελευταῖας εἰκόσ' εἰδ' ὅτως ἔχῃν. Cuius porro casus sit vox, musæ, vocandine, an gignendi, dubitatur. Dicamus esse vtriusuis. Potest enim ita accipi, vt poeta compellet eas, quarum auxilium impleret, hoc sensu, Agite ô Musæ, incipiamus à Ioue carmen nostrum, à Ioue exordiamur. Sicut fecit Theocritus, ἐκ διδὸς ἀρχόμεθα, καὶ εἰς δια λήγετε μοῖσαι. Potest nomine musæ μετωνυμικῶς ipsum quod sequitur carmen significari, hoc intellectu: à Ioue ducatur principium carminis nostri, vt Cicer. in Arato. Ab Ioue Musarum primordia. Tum sanè genitiuus erit. Iacob. Pont. IOVIS OMNIA PLENA) Similis sententia est lib. 6. Æneid. Principio calum ac terras, camposq; liquentes, &c. Et 4. Georg. deum namque ire per omnes Terrasq; tractusq; maris, calumq; profundum. Aratus pari modo.

--- μεσῶν δ' Διὸς παῖσιν μὲν ἀρχαί,
Πᾶσαι δ' ἀνθρώπων ἀγοραί, μεσῆ δ' θάλασσα,
Καὶ λιμένες, πάντῃ δ' Διὸς κερχήμεθα πάντες.

Lucanus. Jupiter est quodcumq; videt, quocumq; mouerit. Trifnegitius mundum dixit esse vas diuino numine repletum. Præclarè scriptum à Philone lib. 2. Allegoriarum legis. Deo ne totus quidem mundus dignum est domicilium, qui sibi ipse locus est, & ipse se ipso plenus, sibiq; sufficiens: cum Deus alienam indigentiam, solitudinem, inauitatemq; impleat, & contineat, ipse verò à nullo alio contineatur, vtpote vnus, & totum ipse ens. Vide & libellum Arist. de mundo. Iacob: Pont. ILLI MEA CARMINA CVRÆ) Eodem pæne sensu Ouid. dixit. Amor. 3. eleg. 8.

At sacri vates, & diuinum cura vocatur,
Sunt etiam qui nos numen habere putent.

Et Tibull. lib. 2. eleg. 6. nam diuinum seruat tutela poetas. Esse curæ eo modo dicimus, quo, esse voluptati, esse sollicitudini, esse solatio, esse præsidio, esse auxilio, esse lætitiæ, esse lucro, esse damno, esse sumptui, esse salutis, esse vsui, esse honori, & reliqua similia. Sed huius generis loquendi, quod habemus in manibus, aliquot è Cicerone exempla proferamus. Epist. lib. 2. Mihi mehercule magnæ curæ est ædilitas tua. Lib. 3. Hæc igitur erunt tibi curæ, quemadmodum ostendis. Lib. 6. Mihi tu, tui, tua omnia maximæ curæ sunt, & dum viuam, erunt. Iacob. Pont. ET ME PHOEBVS AMAT) Theocritus Idyll. 5.

Καὶ γὰρ ἐμὲ ὠπὸν φιλῆει μέγα, καὶ καλὸν αὐτῷ
Κεῖδ' ἐγὼ βόσκει, τὰ δ' ἕρπετα καὶ δὴ ἐφέρεται
Valde amor à Phæbo: bellus cui pascitur à me
Nunc aries, quoniam iam Carneafesta propinquat.

Calpurnianam imitationem perpende.
Me Sylvanus amat, dociles mihi donat auenas,
Et mea frondenti circumdat tempora tæda.

SVAVE RVBENS. HYACINTHV'S) Sic Ecloga 4. Ipse sed in pratis aries iam suauè rubenti. Catullus similiter.

Pallentesq; cucurbitæ, &
Suauè olentia mala.
Et in nupt. Iulia.
Cinge tempora floribus
Suauè olentis amaraci.

Flos hyacinthus colore purpureo, natus fingitur è duorum sanguine, Hyacinthi pueri, quem Apollo per imprudentiam pondere disci à se iacti occidit, & Aiæcis, qui in gladium suum ipse incubuit. Prior mutatio narratur lib. 10. altera lib. 13. Metamorph. his nempe versibus.

Nec valere manus infixum educere telum:
Expulit ipse cruor, rubefactaq; sanguine tellus
Purpureum viridi genuit de cespite florem,
Qui prius Oebalio fuerat de vulnere natus.
Littera communis medijs puerq; viroq;
Inscripta est folijs: hæc nominis, illa querela.

Litteram illam accipe à quæ ad Aiæcem relata, nomen eius indicet, Aiæcis, ad Hyacinthum, lamentationem Apollinis declaret, qua eum morientem est prosequutus. Iacob. Pont. MALO ME GALATEA PETIT) Quando ex poematis Græcis vertendæ, mutandæque sunt insignes sententiæ, non semper aiunt enitendum, vt omnia omnino verba, in eum, in quem dicta sunt, modum vertamus. Perdunt enim gratiam pleraque, si quasi inuita, & recusantia violentius trahantur. Scitè igitur, & consideratè Virgilius, cum aut Homeri, aut Hesiodi, aut Apollonij, aut Parthenij, aut Callimachi, aut Theocriti, aut quorundam aliorum locos effingeret, partem reliquit, alia expressit. Sicut nuperrime, cum legerentur apud menfam vtraq; simul Bucolica, Theocriti, & Virgilij, animaduertimus reliquisse Virgilium, quod Græcum quidem mirè quam suaue est: verti autem neque debuit, neque potuit. Sed enim quod substituit pro eo, quod omiserat, non abest, quin iucundius lepidiusque sit.

Βάλλει καὶ μάλοισι τ' ἀπὸλον ἀ κλαεῖσαι
Τὰς αἴγας παρελῶντα, καὶ ἀδύ τι ποπυλιάσδει.
In me mala iacit Clearista filia, capras
Dum præterduco, & dulci poppysmate ludit.

Gell. lib. 9. cap. 9.

Quid sit autem malis petere, tacitum prætermisit Seruius, credo, quod eam rem suo tempore omnibus notam videret. Totà ista ecloga περιαιολόγητος, hoc est, de se loquentes, suaq; iactantes pastores habet, vt & Theocritus Idyllio. 5. Primum se laudant, quod chari sint numinibus: deinde, quod pulchris. Gloriatu igitur Domætas his verbis, se vltro à Galatea ad amoris commercia affectari, & ambiri: id enim est Græcis, μήλοισ βαλλειν, vt auctor est interpres Theocriti, Idyllio 6. vnde quoq; μηλοβληθῆναι ab Aristoph. dictum est, pro, amore percelli. Sic enim inquit. μηδ' εἰς ἄρχης εἶδος εἰσέναι, ἵνα μὴ πᾶς ταῦτα κερχινῶς μήλω βληθεῖς ὑπὸ πορνιδῆς τῆς εὐκλείας ἀποθῆναι, id est, Neq; in ædes saltatrici introire, ne ad ista inhians, malo percussus à meretricula, gloria defringaris. Pastor igitur aduersarius, vt paria, vel maiora, afferat, vt lex est amœbæi carminis, inquit.

At mihi sese offert, vltro meus ignis Amyntas,
Notior vt non sit canibus iam Delia nostris.

E Hoc autem diuersi est apud Theocritum, quod ibi pastores suos amores efferunt, alienos vituperant: hoc postèrius Virgilius omisit. Nannius lib. 6. cap. 5. Malis petere dicuntur, qui muneribus assequi student, quod optant: aut qui donis prouocant ad amorem mutuum. Vide Chiliad. Præterea Pierium lib. 54. in Malo. FV G. AD SAL. ET. S. C. A. V) Horat. Ode 9. lib. 1.

Nuno & latentis proditor intimo
Gratus puella risus ab angulo.

Adducit Seruius. Tale quiddam de Licymnia Ode 12. lib. 2. Quod autem Virgilius substituit pro illo Theocriti, ἀδύ τι ποπυλιάσδει, iucundius est & lepidius: omninoq; argutius & suauius loquutus est his duobus versibus Maro, iudice etiam Scaligero. Poet. lib. 5. cap. 5.

F Expressit

Expressit etiam lasciuiam, quum dicit eam petere amatorem suum malis: virginis ingenium, quum ait eam fugere: muliebri, cum vult resciri factum. MIHI SE SE OFFERT VLTRO) Theocritus Idyll. 5. κήμει δὲ ὁ κερτίδας τὸν ποιμένα λέϊος ὑπαλιῶν Ἐκμάνει. Videtur ὑπαλιῶν Virgilius hic intellexisse, offerre se vltro. Id est, vltro in aliquis conspectum venire: siue vltro praeberre se conspiciendum. MEVS IGNIS AMYNTAS) Nemesian. Nam Mopso Meroë, Lycida crinitus Iolas Ignis erat. Ignem pro amore poni, non est nouum. Sic in Daphnide. Incipe Mopse prior, si quos aut Phyllidis ignes. Horat. Ode 7. lib. 3. Et miserum tuis Dicens ignibus vri. Et Ode 27. lib. 1. Non erubescendis adurit ignibus. Et Ode 13. eiusdem. Quam lentis penitus macerer ignibus. Apud Ouid. B lib. 7. Metamorph. ad semetipsam Medea.

Excute virgineo conceptas pectore flammās
Si potes, infelix. Si possem, sanior essem.

Et lib. 8. flammāsque latentes hausit. Terent. Eunuch. Accede ad ignem hunc, iam calesces plus satis. Vbi per ignem accipienda est mulier meritoria: quia videlicet ignem alteri parit, id est, amorem, & malam cupiditatem sui. Allegoria huiusmodi est apud Apuleium Metam. lib. 2. Discede, inquit, miselle quam procul à me, à foculo discede. Nam si te vel modice igniculus meus afflauerit, vteris intumescere. Lucret. lib. 1.

Nunquam Tyndaridis forma conflatus amore,
Ignis Alexandri Phrygio sub pectore gliscens
Clara accendisset seni certamina belli.

Extat apud Gell. lib. 19. cap. 9. Portij Licinij poetae vetusti epigramma, in quo nescio quis huiusmodi se incendio ardere confitetur. Corrigit, & explicat Victor. lib. 12. cap. 11. NOTIOR CANIBVS DELIA) Quenam sit Delia ista, quaeritur. Potest intelligi Diana, venationum praefes, quae quoniam in insula Delo nata est, Delia dicitur, vt Apollo frater eius Delius. Potest & amica hoc nomine accipi, quomodo suam Tibullus vocauit. PARTA MEA VENERI. S. M) Theocrit. Idyll. 5.

Κήμει δὲ μὲν δασὼ τῆ παρθένο ἀντίνα φάσσαρ,
Ἐκ τὰς ἀρμεύθω χαβελῶν, τινεὶ δὲ ἐπίσδει.

Iam nunc accipiet munus mea virgo palumbem,
Demptam è iunipero, namq; arbore sidit in illa.

Multò venustior est datius iste Virgilianus Veneri, quā Theocritaeus ille τῆ παρθένο. * Lepore simili Horat. lib. 1. Ode 33.

Ipsam me melior cum peteret Venus,
Grata detinuit compede Myrtale.

Lucret. lib. 4. Nec Veneres nostras hoc fallit. Et Plaut. Mostellar. O Venus venusta. QVO CONGESSERE PALUMBES) Auium congestus est, inquit Turneb. lib. 5. cap. 19. cum ad nidum costruendum festucas, herbas, floccos, aliaque congerunt. Nam congerere est nidum conficere. Idem lib. 26. cap. 2. congersere, id est, nidificauere, congersere nidamenta. Plaut. Rud. In neruo hodie mille nidamenta congeres. Sunt autem nidamenta flocci, pinnae, tomentum, pili, acus, caeteraque; vnde nidos aues parant, * Et ita Graeci συμφορέειν. Vnde συμφορέειν ὄρνιθας vocant aues, cum nidos construunt. Notauit Titius locor. controuers. lib. 5. cap. 25. Adde verba Aristot. de hist. animal. lib. 2. loquitur de eprope. ἀπὸ εἰσδύμενος εἰς τὴν σελίχη, ἐν τοῖς κοίλοις αὐτῶν τίθει, ἕθλην συμφορέειν. Subsens arborum truncos, in quarum cauis parit sine congestu, sine nidamenti. De palumbibus differuimus, optimor, satis in Eclogā 1. ibi, Nec tamen interea rauca tua cura palumbes. QVOD POTOVI, PVERO) Theocrit. Idyll. 3.

Ἦνι δὲ τοι δέκα μᾶλα φέρω τινῶδε χαβείλον,
Ἄμ' ἐκέλευ χαβελεῖν τὸν ἀγρίον ἄλλα τοι οἰσῶ.
En tibi mala decem porto, carpta vnde iubebas
Carpere. Portabo cras altera mala reuersus.

C Legitur etiā, QVOT POTUI, quae lectio minimè reiicienda videtur. Est verò hunc locum, & praecedentem ita imitatus Nemesian. eclog. 2.

Praterea tenerum leporem, geminasque palumbes,
Nuper, quae potui, sylvarum premia misi.

Sed tanquam legens quod, apud Virgil. non, quot. AVREA MALA DECEM) Aurea mala appellat, quae cotonea, cydonia, chrysomela etiam dicuntur. Neque tamen spernenda est Hermolai Barbari opinio (cui succinit Erasmus) de Medicis, citrijsque; intellexisse eum iudicantis, quae, vt tradit Athen. δεπνο. γ. εἶξ τὴν ἰδέαν χεύσεια λέγεται. Brod. lib. 1. cap. 34. * Mala Hesperidum largiri dicebatur, qui magna, & splendida largiretur: quò putat alluisse poetam Chiliastes.

D. O quoties, & quae nobis Galatea loquuta est?

PARTEM ALIQVAM VENTI DIVVM REFERATIS AD AVRES.

M. Quid prodest, quod me ipso animo non spernis Amynta,

75 Si, dum tu sectaris apros, ego retia seruo?

D. Phyllida mitte mihi, meus est natalis, Iola:

Cum faciam vitula pro frugibus, ipse venito.

M. Phyllida amo ante alias: nam me discedere fleuit,

Et, longum formose vale, vale inquit, Iola.

80 D. TRISTE LVPVS STABVLIS, maturis frugibus imbres,

Arboribus venti: nobis Amaryllidis iræ.

M. DVLCE SATIS HV MOR, depulsis arbutus hædis,

Lenta salix foeto pecori: mihi solus Amyntas.

D. POLLIO AMAT NOSTRAM, QVAMVIS SIT RVSTICA, MVSAM.

85 Pierides vitulam lectori pascite vestro.

M. Pollio & ipse facit noua carmina. pascite taurum,

Iam

Iam cornu petat, & pedibus qui spargat arenam.
D. Qui te Pollio amat, veniat, quò te quoque gaudet:

MELLA FLVANT ILLI, FERAT ET RVBVS ASPER AMOMVM.

Theocrit. Idyll. 7.

— Λυκίδα φίλε, πολλὰ μὲν ἄλλα
Νύμφαι κῆμὲ δίδαξαν, ἀν' ὄρεα βακαλέοισα
Ἐδλά, τὰ πρὸς ἡμῶν δὲν δέρον ἀγαγε φάμα.
— mi Lycida, ex ipsis ego multa Camœnis
Præterea didici, dum montes incolopastor,
Præclara, ad solium fama perlata tonantis.

Observandum est, Virgilium ventis malle tribuere, quod Theocritus famæ tribuerit. Ventos existimasse videntur antiqui interpretes, & internuntios esse, & nostras preces, vota; ad deorum aures deferre, nostras; in summa verba omnia. Hinc illud Ouidij 10. Metamorph. *Detulit aura preces ad me non inuida blandas.* Quæ autem vota non eueniebant, & irrita cadebant, ea ad deos non esse perlata à ventis, sed vel dissipata, vel procul in regionem longinquam auēcta arbitrabantur. Tibull. lib. 1. eleg. 5. *qua nunc Caurusq; Notusq; Iactat odoratos vota per Armenios.* Deniq; quidquid euenire nolebant, aut auerfabantur, & abominabantur, vento differri, diffijci que optare solebant: aut eius pernicio cursu procul amandari, & asportari iuebant, vt Tibull. somnia, lib. 3. eleg. 4.

*Hæc Deus in melius crudelia somnia vertat,
Et inbeat tepidos irrita ferre Notos.*

Turneb. lib. 1. cap. 23.

Quod de deorum auribus dicitur, Catull. quoq; in Galliambo. *Geminas deorum ad aures noua nuntia referens.* Horat. epist. 19. lib. 1. *Et Iouis auribus ista seruas.* Vetus enim prouerb. *εἰς θεῶν ὠτα ἤλθεν.* Vrsin. * *Veruntamen Horat. Augustum intelligit, quem blandimenti causa, & assentatorie louem cognominat. Vide autem huius amantis amentiam: tanti ducit concubine sue sermones, vt deorum auribus dignos iudicat. Prouerbiale schema, Partem aliquam venti diuim referatis ad aures, de rebus auditione cognitioneq; dignissimis. ANIMO NON SPERNIS*) Figura est *ἀντίοτις*, animo me nō spernis, pro, me cōplecteris, & charum habes. Sic 7. Æneid. *Munera nec sperno*, pro, mihi grata & accepta sunt. Sed Menalæ parum est, animo tantum diligi, aspectu autem & colloquio Amyntæ priuari. Cupiunt amici cum præsentibus sint animis, etiam præsentibus esse corporibus. Iacob. Pont. *PHYLLIDA MITTE. M. M. E. N*) Natalis siquidem dies voluptarius, & genialis est, & cum lætitia transigebatur. Tibull. lib. 1. eleg. 7.

*At tu natalis multos celebrande per annos,
Candidior semper, candidiorq; veni.
Transseat hic sine nube dies, stent aere venti,
Ponat & in sicco molliter vnda minas.
Aspiciam nullos hodierna luce dolentes,
Et Nioba lachrymas supprimat ipse lapis.
Halcyonum positis requiescant ora querelis,
Increpet absumptum nec sua mater Ilym.*

Iuuenal. sat. 12. *Natali, Cornuine, die mihi dulcior hæc lux.*
Persius sat. 2.

*Hunc, Macrine, diem numerameliore lapillo,
Qui tibi labentes apponit candidus annos:
Funde merum Genio.*

Apud Plaut. Capt. Hegio senex parasito.

— sed num quo foras
*Vocatus es ad cœnam? P. nusquã equidem quod sciam.
Sed quid tu id queris? H. quia mihi natalis est dies,
Propterea te vocarier ad cœnam volo.*

Cic. quoq; 2. Philipp. Hodie non descendit Antonius.

A Cur? dat natalitia in hortis. Rursus Plaut. Pseud. *Nam mihi hodie natalis dies est, decet enim omnes vos concelebrare.* Porro, quemadmodum eum diem carimonij præterea quibusdã, ac ritibus ditiores peragerent, prodit Ouid. lib. 3. Trist. eleg. 13. vbi bella profopopœia Natalem ipsum alloquitur. Versus instituto idoneos subiungimus.

*Scilicet exspectas solitum tibi moris honorem,
Pendeat ex humeris vestis ut alba meis.
Fumida cingatur florentibus ara coronis,
Micaq; sollemni thuris in igne sonet.
Libaq; dem pro te genitale notantia tempus,
Concipiamq; bonas ore fauente preces.*

Quos autem deos natales colebant, erant hi, Iupiter, quem sapius poeta Græci *γενέθλιον*, Iuno (quam videntur fœminæ venerata) & Genius. De Iunone Tibull. lib. 4.

*Natalis Iuno sanctos cape thuris honores,
Quos tibi dat tenera docta puella manu.*

Idem ad Cherinthum de Genio. *Magne Geni, cape thura libens, votisq; faueto.* Et mox. *At tu natalis quoniam deus omnia sentis.*

Veteres quoque Christianos diem natalem cum sacrificio sollempnem, festumq; exigere consueuisse, testatur vt vetustissimus, sic eruditissimus Tertullian. lib. de corona militis. *Oblationes, inquit, pro defunctis, pro natalitij annua die facimus.* Hoc idcirco toleratum aliquandiu ab Ecclesia, quod cum ferè iam prouecta ætate homines ad Christianismum, è paganismo transfirent, necessarium est visum, in multis conuiuere. Origenes lib. 3. in Iob. super illo, *Pereat dies, in qua natus sum, sic scribit. Animaduertimus homines, quæ mutatio facta sit in hominibus. Nam priores diem natiuitatis celebrabant, vnã vitam diligentes, & aliam post hanc non sperantes. Nunc verò nos non natiuitatis diem celebramus, cum sit dolorum, atque tentationum introitus: sed mortis diem celebramus, utpote omnium dolorum depositionem, atque omnium tentationum effugationem. Illi enim qui mœri videntur mundo, viuunt, & nascuntur deo. Propterea & memorias sanctorum facimus, & parentum nostrorum, vel amicorum in fide morientium deuote memoriam agimus, tam illorum refrigerio gaudentes, quam etiam nobis piam in fide consummationem postulantes.* Aurea, & cedrinis digna tabulis sententia. *MEVS NATALIS*) Cum adiectione temporis, cuiuslibet natalis dies melius dicitur: vt natalis locus, & natale astrum: sed Virgilius seruiens personæ rusticæ, *meus est natalis Iola*, inquit, nec addidit, dies. Donat. in Phormionem. Certè Cicero substantiuum semper adiungit: poetis, quod sciunt omnes, licent in verbis multa. *CVM FACIAM VITVLA*) Verbum facere, & iunctum cum alijs, & separatum, sæpe ad res sacras pertinet. Iunctum, vt rem sacram facere. Separatum, vt pro Muræna. Iuno hospita, cui omnes hospites facere necesse est. Et ad Att. lib. 1. *Qua pro populo fieret.* Sic & vetus poeta. *Plus voneo: si, inquam, redierit, facturum bidente, verre.* M. Varro lib. 1. de re rust. *Dij facientes adiuuant.* Iuuenal. sat. 9. *Pro populo faciens.* Græci modò *δῆρ*, modò *ῥῆρ*. Alij, vt Nonius, quarto casu legunt, *vitulam*. Sic controuersa est lectio apud Horat. lib. 1. Ode 4. *Sen poscat agna, siue malit hædo.*

Hyllus libro quem de dijs composuit, ait vitulam (aliàs

(aliàs Vitulinam) vocari deam, quæ lætitiæ præest. Pifo ait, vitulam victoriam nominari. Cuius rei hoc argumētum profert: quod postridie Non. Iulias re bene gesta, cum pridie populus à Tuscis in fugam versus sit (vnde populifugia dicuntur) post victoriam certis sacrificijs fiat vitulatio. Quidam nomen eius animaduersum putant, quòd potens sit vitæ tolerandæ. Ideo huic deæ pro frugibus fieri sacrificia dicuntur: quia frugibus vita humana toleratur. Vnde hoc esse animaduertimus, quod ait Virgilius, cum faciam vitula pro frugibus. Vt vitula dixerit pro vitulatione: quod nomen esse sacrificij ob lætitiã facti superius exposuimus. Meminimus tamen sic legendum per ablatiuum: cum faciam vitula, Id est, cum faciam rem diuinam nõ oue, non capra, sed vitula: tanquam dicat, cum vitulam pro frugibus sacrificauero, quod est, cum vitula rem diuinam fecero. Macrob. Saturnal. lib. 3. cap. 2. * Loquitur hic Damasus de sacrificio ambrosiali, de quo dicemus Eclog. 5. ad illa verba, & cum iustitiam agros. Item Georg. 1. ibi. Terq; nouas circum felix eat hostia fruges. VALE VALE) In imperatiuo illo vale, ex continuatione vocis facta est anceps vocalis: quomodo apud Homerum ἀρεσ ἀρεσ βοστολογε. Et Theocrit. Idyll. 6. ἢ γὰρ ἄρωσι πολλὰ κίς ὁ πολὺ φάμε, τὰ μὴ καλὰ καλὰ πείσανται. Hartungus Decuria 4. cap. 6. * Longum Valere, hellenismus. Sic Æneas ad Pallantem lib. 11. Salue æternum mihi maxime Palla, Æternumq; vale. TRISTE LVPVS STABVL.&c) Theocrit. Idyll. 8.

Δένδρεσι μὲν χειμῶν φοβερὸν κελὸν, ὕδασι δ' ἀνχμῶς,
Ὀρνισιν δ' ὕσπλαγγε, ἀγέλεσι δ' ἄνα,
Ἄνδρα δ' ἢ παρθενίης ἀπαλᾶς πῶδ'.

Bruma malum arboribus metuendum, fontibus ardor,
Alitibus pedica, retia torta feris:
At iuueni teneræ metuenda cupido puella.

Cum dicat Theocritus in redditione de cupidine, seu amore, Virgilius nõ ibidem dixit, amorem Amaryllidis, sed iras esse rem tristem, quod statim quilibet facturus erat. At rem eam, quam dixit Theocritus esse φοβερὸν κελὸν (id est, malum formidabile) non semper talem esse, obijcere aliquis poterat.

More Græcorum, Triste lupus stabilis: illi enim neutra adiectiua, pro abstractis, seu pro adiectiuis cum substantiuis ponere solent. Itaque triste hic nihil aliud sonat, quam tristis res, & τὸ ἀληθές sæpe idem est, quod veritas. Vt autem in re perspicua, & pueris etiam bene nota ne multa accumulem testimonia, sic vsurpauit Cic. magnum, in Orat. perf. Nos nimis magnum fecissemus, si quidem potuissemus, quòd cõtendimus, peruenire. Varro lib. 5. de ling. lat. faciunt tamen magnum, quòd quæ ex his constant in mundo, ostendunt. Horat. de Lucilio, lat. 4. lib. 4. in hora sæpe ducentos, Vt magnum, versus dictabat. Id est, putabat se rem magnam, & miram præstare. Propert. lib. 2. eleg. 15. Sic vobis qui nunc magnum speramus amantes. Quod ad sensum verborum E Virgil. pertinet, certum est, naturam quibusdam animantibus aduersum alias animantes odium, & inimicitias ingenerasse. Naturã igitur, vt de alijs modò taceam, oues lupum oderunt, & fugiunt, ille eas insequitur. Horat. Ode 4. Epod.

Lupis, & agnis quanta sortitò obtigit,
Tecum mihi discordia est.

Damon Eclog. 8. optans multa contra naturam fieri, quando pulcherrima nupsisset deformissimo. Nunc & oues vltro fugiat lupus, anrea dura Mala ferant quercus, &c. Imbres nocent illi quidem maturis frugibus: at immaturis, & adhuc grêmio terræ confotis, aut iam in herba constitutis profunt multum. Vide Plutarchum

Ade causis natural. cap. 2. cur semina magis nutriantur a quibus pluuijs, quàm cæteris. Iac. Pont. DEPVLVS ARBVTVS HOEDIS) Arbutus genus arboris, frondib' raris. Virgil. Eclog. 7. Et qua vos rara viridis tegit arbutus umbra. Festus. Georg. 2. horridam vocat, propter asperitatem fructus, quem Plinius vnẽdonem nominat, quoniam ob acerbitatem eius, asperitatemque vnum dũtaxat comedi expediat. Depulsis, seiunctis à mamma. Vide Eclog. 1. quòd sæpe solemus Pastores ouium teneros depellere fœtus. Et Eclog. 7. Depulsos à lacte domi qua clauderet agnos. Iacob. Pont. PIERIDES VITVLAM. L. P. V) Animo & memoria colere se beneficium à Pollione in agrorum restitutione acceptum ostendit cum his, tum sequentibus. Commendauerat autem se Pollioni Virgilius carminibus, quæ viro illustri ac potenti apud Augustum etiam atq; etiam placuerant. Ingenium igitur Virgilio amicitias, amicitia opes pepererunt. Musæ Pierides, auctore Festo, propter amœnitatem ac solitudinem Pierij montis dictæ videntur, quòd ea secretis locis propter liberalia studia delectentur. Certè carmina secessum scribentis, non tantum otia quærunt, Iacob. Pont.

Sunt qui scribunt Pierum quendam Macedonem primùm poema confecisse, ac filias suas poësin docuisse, ob id Musarum patrem, & alumnum habitum fuisse, atque ab eo Musas Pierides vocitatas. Quæ etiam The-

Cspiades dictæ sunt, quoniam Pierus primùm Thespijs cecinisse carmina memorabatur. Scalig. Poet. lib. 1. c. 2.

* Quæ admodum Musas ad certamen cantus pronocent Pieri filia, & victa ab illis, in picas conuertantur, habes Metamorph. lib. 5. Cur Pierides, seu Pieria vocata sint, plures causas in medium adducit Gyrald. Syntag. de Musis, quæ etiam dicuntur Nympha, Camæna, Heliconides, Aonides, Citheriades, Pegæsides, Aganippides, quarum omnium appellationum rationes ibidem exponit. FACIT

NOVA CARMINA) Donat. in illud And. Terentij, Populo ut placerent, quas fecisset fabulas, Bene, fecisset, non scripsisset. Vnde & poeta & τὸ ποιῆν, id est, à faciendo dicti sunt. Deinde hunc locum citat ad confirmandum.

Nonna, Seruius magna, miranda interpretatur. Nam cũ nouitas faciat admirationẽ, inde quæ admirabilia sunt, retrouersum noua dicuntur. PASCITE TAVRVM)

Quidam onirocritæ dicunt, taurum per somnium imaginari, indicium esse disertissimæ prolis suscipiendæ, quòd forte spectat Virgilianum hoc, taurum Pollioni pascendum, Jam cornu petat, & pedibus qui spargat arenam, propterea quòd noua ille carmina faciat, qui quidem sunt ingeniorum fœtus. κατὰ ἀρεσγον & hoc ad-

dam (quamuis non sim nescius, quid Grammatici super locutione, noua carmina disputent) dici posse. Virgiliũ ad Pindari cum illud respexisse, quòd Olympijs habetur Epharmosto. ἀνεὶ δ' ἀλααὶν μὲν ὄνον, ἀνθεα δ' ἔμνων νεατέρων. Vinum quippe à vetustate commendate congruum esse: à nouitate autem poemata. Florem enim pro-

recenti re positum aiunt interpretes. Pierius lib. 3. in Tauro. IAM CORNÛ PET. ET PED. QVI) de tauro à rituali superato, paria leges Georg. 3.

Et tentat sese, atque irasci in cornua discit,
Arboris obnixus trunco, ventosq; laceffit
Ictibus, & sparsa ad pugnam proludit arena.

QVO TE QVOQVE GAUDET) peruenisse subaudi. Peruenerat autem ad consulatum, & triumphum, victis Salonis oppido Dalmatiæ, quòd testatur Horat. Ode 1. lib. 2. qua eum laudat.

Cui laurus æternos honores
Dalmatico peperit triumpho.

80
MELLA FIVANT ILLI
meras opor mella fivant
fivant rem commi, que
90
MQ
Ar
DQ
Fg
M. P
C
95
D. T
Ips
M. C
V
100
D. E
M
M. H
N
D. E
105
M
P
110
QVI BAVIV
aque propter vitu
les. Eundem hanc
10. Epod. Dicitur de
huius Eclog. Iacob. P
M. H) De re pulm ali
gere vulpes anno v
viroque vehementer
regis huius magis
monachus, inter cui
Ind. Quam cõpõnem
pariter in doctos am
rituales quæstiones
neq; quidquam ad rem
inquit, amicus non h
tur, alter cribrum
Ind. Hic vult ad
fuiti Franciscus
2. epistola 7. dicit
perat alicum hanc
lebat tantum latic
titi. Hic vult ad
non fuisse. Et
lo fecim agnoscit
nem hominum. Et
quendam in v
nimas esse por
dicitur p
non dicitur
Est, quæ
est, quæ
potum
que, qu
ob similitud
nus vacua

MELLA FLVANT ILLI) Cum Pollionis amicis Da- A tate ditescant: mel enim apud omnes nomen est dulce- mceras optat mella fluere, nihil aliud vult, nisi vt copio- dinis. Apud Pindarū mel pro suavi, trāquillo, & maximè sissima rerum omniū, quæ suauissimæ iudicentur, vber- expetendo, amabiliq; bono ponitur, &c. Pierius lib. 26

90 M. QVI BAVIVM NON ODIT, AMET TVA CARMINA MÆVI:

ATQVE IDEM IVNGAT VVLPES, ET MVLGEAT HIRCOS.

D. Qui legitis flores, & humi nascentia fraga,

Frigidus, ô pueri fugite hinc, LATET ANGVIS IN HERBA.

M. Parcite oues nimium procedere. non bene ripæ

95 Creditur: ipse aries etiam nunc vellera ficcat.

D. Tityre pascentes à flumine reiice capellas:

Ipse, vbi tempus erit, omnes in fonte lauabo.

M. Cogite oues pueri: si lac præceperit æstus,

Vt nuper, frustra pressabimus vbera palmis.

100 D. Eheu quàm pingui macer est mihi taurus in aruo:

Idem amor exitium est pecori, pecorisq; magistro.

M. His certè neque amor caussa est, vix ossibus hærent:

Nescio quis teneros oculus mihi fascinat agnos.

D. Dic quibus in terris (& ERIS MIHI MAGNVS APOLLO)

105 Tres pateat cæli spatium non amplius vlnas.

M. Dic quibus in terris inscripti nomina regum

Nascantur flores: & Phyllida solus habeto.

P. NON NOSTRVM INTER VOS TANTAS COMPOSERE LITES.

Et vitvla tv dignvs, et hic: & quisquis amores

110 Aut metuet dulces, aut experietur amaros.

CLAVDITE IAM RIVOS PVERI, SAT PRATA BIBERVNT.

QVI BAVIVM NON ODIT) Adagium in eos, qui æque propter vitiorum similitudinem sunt despiciabiles. Eundem hunc Mævium insectatur Horatius Ode 10. Epod. Diximus de his duobus principio symbolarū huius Eclogæ. Jacob. Pont. IVNGAT VVLPES, ET M. H) De re palam absurda, ζευγνύειν τὰς ἀλώπεκας, iungere vulpes aratro vel curru. Est enim vulpes animal ab utroque vehementer alienum. Eundem habet sensum, τείρον ἀμέλγην mulgere hircum. Lucianus in vita Demonactis, inter eius festiuitate dicta commemorat & illud. Quum cōspiceret duos quosdā philosophos, utroq; pariter indoctos inter se disceptantes, & alterum quidē ridiculas quæstiones proponentē: alterum item aliena, neq; quidquam ad rem facientia respondentem. Quid, inquit, amici, an non horum alter hircum mulgere videtur, alter cribrum supponere? Chiliaad. * Veruntamen in India orientali, apud Amboinum suis se oculis conspexisse hircum scribit Franciscus Xaverius, homo Societatis IESV, Epistolarum lib. 2. epistola 3. data Anno Dom. M. D. XLVI. 6. Idus Maias, lacte suo paruos alentem hædos, sibi enim, quod prope genit. alia & vnicum habebat, tantum lactis reddebat quotidie, quantum scutella capere poterat. Hoc ille vir suis oculis se conspexisse prædicat, aliter crediturum non fuisse. Et Lusitanum quendam honestum, hunc hircum eo consilio secum asportasse, & in Lusitaniam mitteret. Adijciam huic affinem hominibus. Ex Brasiliæ nostrorum epistolis cognouimus gentē quandam inuentam, sibi viri, non femina lactant infantes: his enim mamas esse paruas & vacuas, illis magnas, & lactis plenas. De caussa disputent physici. Nondum omnia natura miracula scripserunt Plinius, Aristoteles, & alij. HVMI NASCENTIA FRAGA) Et si fraga, mora explicat Seruius: non ideo credendum est, insignem Grammaticum rem eandem putasse: sed ea potius à rusticis mora appellari indicauisse censendum, quæ, qui latine loquuntur, fraga vocitant: aut, vt opinor, ob similitudinem, quam hæc cum moris habent. Sic Plinius vacinia, mora, & pentaphylli fructum fraga nuncu-

pat. Brod. lib. 1. cap. 34. LATET ANGVIS IN HERBA) Miror neminem interpretum quidquam hinc occultius subesse suspicatum. Mihi nunquam dubium fuit, quin poeta ad parœmiā quandam respexerit, & fortasse ad ad eam, qua vulgò ferebant, viperam esse in veprecula, de periculo graui, & inopinato. Eum adagionem apertè extulit Pomponius. Deinde ceddō cacabum, viperā est in veprecula. Respexisse autem huc Virgilium vincit, quod fragorum meminit, quæ in vepretis ferè leguntur. Ian. Gulielm. Verisimil. lib. 1. cap. 13. IPSE ARIES ETIAM NVNC) Principatus apud Romanos ariete significabatur. Testis Varro lib. 5. de ling. lat. Dies, inquit, agonales, per quos Rex in regia arietem immolat, dicti ab agon: eo quod interrogat à principe ciuitatis, & princeps gregis immolatur. Hæc Varro. Ex qua fortasse ratione Virgilius sibi placēs, se, cum Arii vim euasit, sub ariete significauit hoc loco. Plutarchus in X. Rhetorum vitis, supremum locum ariete significari innuit, inquit: Isocratis sepulchro in sculptum fuisse arietem cubitorum septē, ratione symbolica. Nō solum autem apud Latinos, Grecosq; hoc significato aries accipitur, sed & apud Hebræos. Hilarius enim in explanationibus suis in Psal. 64. & 65. arietes exponit, & intelligit pro sacerdotibus, martyribus, patriarchis, prophetis, & Apostolis, qui tanquam gregis sancti principes, & duces sint. Magius lib. 3. cap. 1. REIICE CAPELLAS) Quidam volunt reiice esse hoc loco disyllabum, sublato videlicet, i, posteriore, & priorē cum vocali, e, contracto. Sic Lucret. lib. 3. disyllabum fecit, eicit, in hoc versu. Nec radicatus è vita se tollit, & eicit. Rursus lib. 4. Eicit enim sulci recta regione. Alij procelesmaticum volunt esse. De quo videas licet, quæ ab Erythrao in Indice differuntur.

Iam & flumen, & fluuius à fluxu, seu fluore perpetuo dicuntur. Etenim, vt pulchrè Arnobius lib. 2. Aqua est natura res labilis, & ad fluorem semper, decursionemque prona. Conuenit autem huic, & est eiusdem sensus cum antecedente, *Parcite oues nimium procedere, non bene ripa Creditur.* OMNES IN FONTE LAVABO) Theocrit. Idyll. 5.

Αἴγας ἑμαὶ θαρσύνε κερυχίδες, ἀνεῖλον ὕμμη
 Πᾶσας ἐγὼ λυσῶ Συβαεΐτιδ' ἐνδοθι κέρας.
 Cornigera, spe estote bona, mea cura, capelle:
 Cras ego vos omnes Sybarita in fonte lauabo.

COGITE OVES PVERI) *Cogite oues* dixit, quomodo supra, *Tityre coge pecus.* Et valet hoc verbum congregare, conducere, conuocare, colligere, idq; tam in rebus, quàm in personis: neque semper in vi faciendâ, aut inferenda ponitur. Cic. in Verr. Pecuniam magnam coegit à ciuitatibus. De nat. deor. Aer concretus in nubem cogitur. In Verr. Ilte nauem maximam Messanæ publicè coactis operis ædificauit. De finib. Cato in ipsa curia solebat legere, dum senatus cogeretur. Iacob. Pont. LAC PRÆCEPERIT ÆSTVS) *Præcepit* propriè dictum, pro præoccupauerit. Lib. 6. Æneid. *Omnia præcepi, atq; animo mecum ante peregi.* Sic lib. 10.

Haud tamen audaci Turno fiducia cessit
 Littora præcipere, & venientes pellere terra.
 Vbi vulgò legitur, præripere. Lucret. lib. 6.
 Propterea quia nimirum prius æstus ubi aris
 Præcepit, ferrig, vias possedit apertas.

Sic Cicero 13. Philipp. Præcipias licet gaudia. Et 1. Offic. magni etiam ingenij est præcipere cogitatione futura. Salust. lib. 1. historiar. Quin transgressos omnes recipit mons, præceptus à Lusitanis. Vir quidam eruditus, priore versu pro æstu, legit æstas, ex fide codicum quorundam veterum. Et lib. 2. Georg. *Aut grauis incumbens scopulis arentibus æstas.* Vt more Lucretij scilicet æstas pro calore dictum sit. Nobis vulgatam lectionem mutare non placet. Iac. Pont. FRVST. PRESSAB. VBERA) Rationabiliter aspirari, huber, hubertas, Hubertinus proprium nomen, hubera, exhubero, hubertim (quod Catullus protulit) quanquam vsus quotidie multa immutet, censet Iouianus de Aspiratione lib. 1. Fiunt enim à Græco verbo ὕω, vt quibusdam placet, v in, u, productum verso, ac, b, littera hiatus causa interiecta. Ego tamen opinatus sum semper, huber deductum esse ab humeo, vt tuber à tumeo, m, littera in, b, versa. Loca enim arida infœcunda sunt. Contra quæ humecta, sunt feracia; & mulierum vbera si humore careant, carebunt & lacte. Videtur itaque Virgilius indicare nobis voluisse, hubera ab humendo dicta. Si, inquit, æstus humorem præceperit, atque arefecerit, frustra hubera, quæ omni humore vacua erunt, exprimemus. PINGVI IN ARVO) Eruo legunt quidam, pro aruo: pabuli seu hordei genus est, quo pinguescunt boues. De eo Plin. lib. 18. cap. 15. Nec erui operosa cura est. Hoc amplius quàm vicia runcatur, & ipsum medicaminis vim obtinens. Quippe per eruum diuum Augustum curatum, epistolis ipsius memoria extat. Sufficiant singulis bouum iugis modij quini fati. Martio mense satum, noxium esse bobus aiunt, item autumno grauedinosum. Innoxium autem fieri primo vere satum. Grumio seruus in Mostellar. Plauti. *Eruum daturin' estis, bobus quod feram?* Mirum est, in pingui eruo, hoc est, cum tam bono, & alibili pabulo tauros esse macros. Sed causa subiūgitur huius maciei. Quanquam aliter exitio esse amor pecori, aliter magistro intelligendus est, & hoc illo lōgè grauius habendum. *Qui in amore perit, ait Plautus, peius perit, quàm si saxo saliat.* Iacob. Pont. HIS. C. N. AM. CAVSSA EST, VIX OSS.

AHÆRENT) Ad vnum omnes ita hunc versum legunt, à sententia quidem non multum, à verborum, & interpretationis venustate abductum longè. Scribo enim, *His certè (neque amor causa est) vix ossibus hærent.* Auctor mihi perspicuis verbis in Terentij Eunuchum Donatus. Hi, hicc, his, hifce, nominandi casu numero multitudinis promiscuè vsurpabant. His ergo hoc loco hi est: postea trita latinis auribus formula est, *amor causa est.* Et sic Cic. Lælio. Valetudinem causæ, non mæstiam fuisse. Expressit & hoc de macie ouium Theocritus, Idyllio 4. *τῆνας μὲν δὴ τοὶ τὰς πόρτιος ἀντὰ λέλειπται τὼςία.* Quod sic reddas. *Sola isti vacca tandem sunt ossa relicta.* Cæterum vt Maro dixit, vix hæere ossibus, ita Nafø, *macie, quæ male nisa sua est,* pro mala niti macie, siue macilenta cute: siue de ea, quæ, vt vetus verbum est, ossa atq; pellis tota esset. Versus Nafonis hic est, vt quidem ego legerim.

Si pat a est, Veneri similis: si flaua, Minerva.
 Sit gracilis, macie quæ mala nisa sua est.

Ian. Guilhelm. lib. 1. cap. 12. Verisimil. Quemadmodum hoc loco Virgilius, sic Plautus Aulul. istis verbis extremam macritudinem expressit. *Qui ossa acque pellis totus est, ita cura macet.* Et Capteuius, *Ossa atque pellis sum misera macritudine.* Et Idyll. 2. apud Theocritum de se infœlix amator, *ἀντὰ δὲ λοιπὰ ὄσ' ἐπίης,* sed addit, *καὶ δέσμα.* Lucretius quoque in illa descriptione pestis, quæ Athenienses inuasit, similiter ferè locutus est, ad exprimendam videlicet supremam maciem, *pellis super ossibus vna Vlcerebus tetrus propè iam, sordiq; sepulta.* Super ossibus vna, sola, subaudi superaret: præter pellem, eamq; vlceratam, & fœdam, & ossa nihil erant. Potest item illud, *super capi* pro superat, iudice Lambino, Græcorum more, qui vtuntur interdum præpositionibus pro verbis, vt *πέει, πάει, ἐπι, ἐνι,* pro *πεείεις, πάειεις, ἐπέεις, ἐνείεις.* Etiam Dauid Propheta in Psalmo 102. quod quidam è doctis rectè obseruauit, illa oratione, *Adhæsit os meum carni meæ, idem significare voluit, maciem supremam videlicet, quæ se confectum in extremo tertio Æneid. Achæmenides dixit. Postulat autem sententia Dauidis, vt, carni meæ, exponamus, cuti meæ: alioquî nihil mirum, aut nouum est, cuiquam ossa adhærere carni suæ. Germani quoque nostri eodem modo loquuntur. Nichts dann Haut vnd Bain.* Tenuissimo corpore præditos, & macilentos admodum enumerat quoddam Aelianus lib. 10. cap. 6. In his Arcestratum, qui captus ab hospitibus, & ad lancem appensus, inuentus sit habere pondus vnius oboli: quod qui finxit, risum, vt puto, quæsiuit. De macritudine Philetæ, illius poetæ elegiaci, refert idem lib. 9. cap. 14. ne à vento raperetur cum incederet, habuisse soleas ferreas. Sed tamen si adeo erat imbecillis propter maciem, vt vento obluçtari non posset, ait Aelianus, quomodo tandem onus tantum trahebat? *Vix ossibus hærent,* quodammodo explanat his verbis Arnobius lib. 2. Nostra, & animantium corpora ex ossibus fundata, & neruorum colligatione deuincta. Iacob. Pont. TENEROS OCYLOS. M. FA. A) Græci ὀφθαλμὸν βάσκανον vocant. Heliød. Æthiop. *γ. μὴ δαίμαζε εἶπον, εἰ τοσούτοις ἐμπομπεύσασα δῆμοις, ὀφθαλμὸν τινα βάσκανον ἐπεσπάσατο.* Κρείως δὲ βάσκανον (inquit Theocriti Glossographus) ὁ τοῖς ὀφθαλμοῖς καίνας, καὶ φείσαν τὸ ὄραθὲν ἰσῶ ἀτῶ, ἢ ὑπ' αὐτῶν. Querit etiam Alexander Aphrodisæus, problem. 2. *διὰ τί τινες βάσκανοῖσι, καὶ μάλιστ' αἰδαί.* Quare non tam in hoc poetæ rudes & inepti videntur, quàm multi nobis blaterant. Nam vt ea quæ de familijs quibusdam apud Illyrios, Triballos, & Afros traduntur, rideam: vt Scythicas mulieres, vt Catobleptam, leporem marinum, basiliscum serpentem tanquam fabulosa

silencio

84
 silencio proferunt: ita op
 tucatur, eo modo imp
 feris flumibus speculatio
 que de charactero perib
 tendit. Scribam etiam
 una parua præterit. O
 populi duplex. Falsum
 est. Postò vt ad m
 Virgilio de oculis
 ferretur, et mox dicitur
 etiam Pliniam lib. 10
 Brod. lib. 1. cap. 17
 Necesse est
 s. cap. 15. quomodo
 & non occurrunt
 Pliniam apparet
 plerumque quædam
 deinde dicitur
 de Lege cetera. Tam
 Inania est a m
 & eruditus pliniam
 autem illiteratos ac
 quam affecto & iudic
 iorem audaciam, ac
 & iudicium videtur
 hoc totum afferre,
 us Honoratus refer
 ano acciderit de ca
 bus, dignum sane
 nim carmine ex
 cum non amplius
 dim Grammatico
 rem, siquid forte
 fam est Virgilio
 cem hinc, in q
 etiam Pliniam à Vir
 nis idem Philog
 ferre: qui tamen Plin
 certe nullam crucem
 Crit. lib. 2. cap. 8.
 re parui moment
 que cetera. Sic
 fractuæ cognoscunt
 dicit, nuncquam
 PTI NOMINA REC
 Kai ti ut p
 Et vix est magis
 Seruianam explanat
 solere non potest, q
 capite, quibus in
 nalcatur, nos, qui
 ne, postea de An
 docet. Est autem

filentio præteream: ita ophthalmia affectum, quem in-
tueatur, eo morbo implicare: fœminam quoque men-
struis fluentibus speculum inficere exploratum est. Nec
quæ de charadrio perhibent medici, vana prorsus cen-
senda. Scribunt etiam nonnulli, noxij visus esse, qui ge-
mina pupilla præditi sint. Ouid. Amor. i. *oculis quoque
pupula duplex Fulminat, & geminum lumen in orbe ma-
ner.* Porro vt ad inceptum redeamus, si qui idem cum
Virgilio de oculo fasciante, & aspectus contagione
senferint, eis molesti esse philosophi non debebunt, nisi
etiam Plutarchum lib. Sympof. i. segm. 3. prius arguant.
Brod. lib. i. cap. 37.

Nocebat teneris magis fascinum, inquit Turneb. lib.
9. cap. 28. quam puberibus. Facilius enim mali sensus,
& noxa oculo transmittetur, quam ὀφθαλμὸν βιάσκαρον
Plutarchus appellat, causamq; & ipse, & Alexander A-
phrodisæus quærunt, scriptumque est ab Alciphrone,
δοσμενὴς ἢ βιάσκαρος ὁ τῶν γειτόνων ὀφθαλμὸς, ἐπιστὶν ἢ παροι-
μία. Lege cætera. TRES PATEAT CÆLI SPAT. N. A. V)

Traditū est à multis, P. quidem Virgiliū bonis ingenijs,
& eruditis plurimū gratiæ & fauoris ostendisse: contra
autem illiteratos ac maledicos homines, mirum est,
quam affecto & infenso animo fuerit: quod in his ma-
iorem audaciam, ac impudentiam, quam maturitatem,
& iudicium videret: ex quo, prolatis etiam versibus
hoc totum asseruit, sicuti Iunius Philargyrius, & Serui-
us Honoratus referunt. Sed quid in versiculo Virgili-
ano acciderit de cæli spatio Grammaticis conquirenti-
bus, dignum sanè videri potest adnotatione. In hoc e-
nim carmine ex Bucolico ludicro, *Tres pateat cæli spa-
cium non amplius vlnas*, cum Cornificius, & alij qui-
dam Grammatici dubitarent, anxieq; à poeta perquire-
rent, si quid fortè remotius subesset: perlepidè respon-
sum est à Virgilio, se in eare Grammaticis omnibus cru-
cem fixisse, in qua se assidue distorquerent: quod ipse
etiam Pædianus à Virgilio audiuit, quemadmodum Iu-
nius idem Philargyrius in Virgiliano commentario re-
fert: qui tamen Pædianus respondisse traditur. Mihi
certè nullam crucem: nō enim sum id anxie quæsiturus.

Crinit. lib. 3. cap. 8. * *Nec nobis quidem crucem fixit, qui in
re parui momenti indaganda nolimus cum ingenio bonum tem-
pus conterere. Nec vero omnia qua difficile inuestigantur, etiam
fructuose cognoscuntur. Et me cum magnis Siris nunquam pu-
dicit, nunquam pudebit, fateri nescire, quod nesciam.* INSCRI-
PTI NOMINA REGVM FLORES) Theocrit. Idyll. 10.

Καὶ τὸ ἰὸν μέλαν ὄσπ, ἢ ἀ γερμὰ ἵακινθῶ.
Et viola est nigra, & sua scripta gerens hyacinthus.

Seruiam explanationem afferre libitum est. Quia
soluere non potuit, ipse aliam obijcit quæstionem. &
captiosè, quibus in terris dixit. Hyacinthus enim ubiq;
nascitur, flos, qui natus est primo de hyacinthi sangui-
ne, postea de Aiactis, sicut & Ouidius lib. 10. Metamor.
docet. Est autem rubrum quasi lilium, designans pri-

am Hyacinthi litteram. Regum autem nomina, non
quoniam ipsi reges fuerunt, sed quia regum filij: vt,
Magnum regina, sed enim miseratus amorem, cum de
Ariadne diceret, Pasiphaes reginæ filia. Sanè multi
volunt, *nomina regum*, pro nomine regis positum: vt
sit, quemadmodum illud in Terentio, *Non perpeti me-
reticum contumelias*, cum de vna tantum loqueretur.
Nam flos iste Hyacinthi tantum, non Aiactis nomen
retinet. Tamen sciendum, ænigmata hæc, sicut fere
omnia, aperta carere solutione. * *De Hyacintho puerō
quemadmodum perierit, etiam Lucianus Tom. 2. dialogo Mercurij
& Apollinis, Palesphatus, Natalis lib. 4. cap. 10. Disco nempe A-
pollo se exercebat, quem Zephyrus, ipse quoque pueri amans, cum
ille ipsum auersaretur, in caput eius conuertit: atque ita miserum
vita spoliavit. Hunc puerum Apollodorus lib. 1. Clio Musam ex
Piero genuisse tradit. Vide quid de Hyacintho ex Claudiano at-
tulerimus Eclog. 2. ibi, Narcissum, & florem, &c. PHYLLIDA
SOLVS HABETO) Dictum opinor, vt illud in And. de
Chryside. *Quis heri Chrysidem habuit?* Lucian. τὸν σε-
τιώτην Ἀκαρνανα, ὃς πάλαι μὲν ἀερότονον εἶχε. Diximus a-
libi plura. NON NOSTRVM INTER VOS) Sunt qui
non ex Seruij sententia, sed continuata oratione, & ne-
gatiuè accipiendum putent, vt neget Palæmon, tantas
iudicio suo lites decidi, & dirimi posse, vt qui sua pro-
nunciacione nec victorem, nec victum declaret. Vide-
tur verò hic Palæmon quodammodo rusticorum iudi-
cium secutus, potius transigere, quàm iudicare. Germ.
ET VITVLA TV DIGNVS, ET HIC) *Thyrsis sumptus
iudex eclog. 2. apud Calpurnium inter Idam & Asitachum simi-
liter eos pares pronunciat.**

Este pares, & ob hoc concordēs viuite, nam vos
Et decor, & cantus, & amor sociavit, & ætas.]

Seruius ita & explanat hos versus, & vt mihi videtur, re-
ctissimè. Et tu, & hic digni estis vitula, & quicunque si-
milis vestri est. Nam supra vnus (Damætas videlicet)
dixerat,

*Triste lupus stabulis, maturis frugibus imbro,
Arboribus venti, nobis Amaryllidis ira.*

Et Menalcas.

*Dulce satis humor, depulsis arbutus hædis,
Lenta salix fæto pecori, mihi solus Amyntas.*

Ad similitudinem ergo posterioris huius pertinet, aut
metuet dulces. Etenim amabat, & amabatur Menalcas:
sed tamen metuebat, ne dissolueretur ille amor. Con-
trà Damætas ex Amaryllidis iracundia amaritudinem
expertus fuerat. Ergo ad illum, aut experietur amarus.
CLAVDITE IAM RIVOS) Catullus Epithalam. *Claudite
ostia virgines, Lusinus satis.* Potest oratio simplici-
ter accipi per apostrophen ad alios pastores de irriga-
tione pratorum. Potest etiam allegoria esse, pro, satis
cantatum est, discedite: sicut peractæ causæ symbolum
est, Dixi: fabulæ peractæ, Plaudite. Sic certaminis abso-
luti sit hoc modò signum.

